DE PRIMO, ET SECVNDO BENEFICIO,

SEV DE RESTITVTIONE, ad pinguius probandum, Compendioſa tractatio, Authore

IVLIO CAESARE IMBRIANO

Iuriſconſulto Capuano: nunc demum

RECOGNITA, ET AVCTA, & à pluribus mendis, quibus antea ſcatebat, per eundem Authorem expurgata.

ADIECTO PRAETEREA RERVM, & Sententiarum Indice locupletiſſimo.

CON PRIVILEGIO.



BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

Venetijs, Expenſis Andreæ Peregrini Bibliopolæ, Partenopæi. M D X C I I I.

1401088

ADMODVM ILLVSTRI VIRO MARTHOS DE GOROSTIOLA,

In hoc Regno Neapolis,

REGIO A LATERE CONSILIArio Conſultiſſimo, ac Regiam Cancellariam Regenti.

IVLIVS CAESAR IMBRIANVS. S. P. D.

NON ſecus ac numen attrectare mihi fas eſſet (PERILLVSTRIS DOMINE) ſi quanta, ſibi virtus aſciuerit, referre vellem, & tibi præſertim, cui lucidiſſima creduntur, quæ nec mihi purgatiori intellectu deferuntur attingere: Illud tamen in ore omnium iactatum ſatis, quò mea apud TE ſubſtineatur interpellatio, memoratũ volui, quam dixi virtutem, trahere ad ſe ipſam omnia, vt quæ ſola, vti ad bonũ ſimpliciter ordinata, feros Mortalium animos demulgendi, præbendiq; SVMMI PARENTIS, alias inſculptam pectoribus, cognitionem, poteſtatẽ habet. Vnde ab inferis, Cithara, Canoriſq; Fidibus Eurydicen Orpheum reuocaſſe, et Caſtorem fratrem alterna morte ſuperſtitem Pollucem redemiſſe, effectũ Poetis, legere eſt: quæ ſi interno abſtrahantur ſenſu, quantumuis difficilia virtuti, optimiſq; conſilis plana fieri, patereq; intelliget vnuſquiſque. Sed quorſum hæc inquies? Ex his facile con-

ſilij mei rationem capiet quicunque bonæ conditionis Lector ad has meas lucubrationes conijciendum animum duxerit, dum ad TE, vti Patronū, & Acerrimum Defenſorem, earum gratia confugiſſe me deprehenderit, quem Tua Summi Nominis Dignitas, mei exiguitate ingenij, anteactis temporibus nouit nunquam. Nam cui rationabiliter poterit iſtud mirum fieri? Cum apud TE, inter alios Primarios, Virtutum vigeat incremētum? Tu ipſe Conſiliorum Martem Naturæ, Artiſque miniſterio prætefe-ras? Ac tandem his Ducibus, vti ferrum Magnes, ſenſim omnia ad TE ipſum trahas? Et quoad me quidem attinet, vt explicate concludam aliquid: primo bonam ſinceramq; mei pectoris voluntatem, ac nunc demum ingenioli facultatem, iterū ad extruendarum probationum geminatam Reſtitutionem, huberiori, vt libuit, Sententiarum aceruo, perductam, qualiſcunq; illa ſit, deduxiſti, vt merito ignotus ego, Notiſſimo Tibi, Nominis Tui delectu vltro me obtulerim, commoſtrandi animi gratia hæc ipſa præmeferens. Sed quid plura? non puto procedentibus his quicquam me dicturum vlterius, Nam, et animi mei optimum ex eis argumentum habes, & Tuarū Laudum deturpatorem, auſu aliquo temerario nolo me deprehendas, & vt aiunt, ad liram aſinum, qui hæc ipſa ſubinde perpenderent, ridiculè pro votis, prædicarēt. Capias igitur tibi debitā Beneficiorū, Beneficentiſſimus, Reiteratā, ac pro mei pectoris imbecillitate ampliatā Tractationē: Nā Cognitus ex hoc, amari, et protegi à TE nō diffido, qui hæc Natura, vti virtutis ſtrenuus miles, facere non deſinis. Vale Capuæ.

CAN-

CANDIDO LECTORI Imbrianus Author.

NEC Anno quidem iam impreſſis de Primo, & Secundo Beneficio perbreuibus conſiderationibus ſtare libuit, Lector Candide, quin rurſus pacato magis animo ad earum compilationem ex multis, veluti calcaribus perductus nō fuerim: quæ ſi præterire ſilentio nunc ſtudere voluiſſem, vnius negotij me hominem eſſe, ex hac noua æditione, facilè demonſtrarem, ac deſuper peſſimorum plurimis maledictis notis ſubijcerē: quare, quò mihi iterū hæc, alias propoſita adeunti, & maledictis his, ne maledicāt vlterius, conſulatur; Tumultuariè primum eas me extruxiſſe intelligas, vt qui proxima Nicolai cariſſimi parentis morte quammaximè conturbabar, & auertendæ perturbationis gratia in eis deiecto degebam animo; Ac ſubinde ratione nunc conticenda tumultuariè quoque eas hoc modo compactas typis demandatas poteris exaudire, & maledictis his inſinuares; præſiſtētibus quibus facilimum pro veritate credere eſt, in materia multa intermiſſis, ſed adhibēdis, laboribus, pͤtermiſſa, alia quędā nō, vti deſiderabatur profundè, ſed leuiter propoſita, ac deniq; oīa ſimul Typographorū incuria, & affectata nimis celeritate obſcuriora redita fuiſſe: quę ſi mihi ſpe iam deſtituto oblata, perpenſaq; ad internicionem cordis vſq; diſplicuerint, bonæ indolis, ac non peruerſe opinionis quiſq; facilè aſſequi pōt, & in parte mecū vna pati. Anſietatis igitur huius modum, & extinctionem affectans intermiſſa, quæ fuere, hac nunc procurata æditione aliq̄bus paſſim interiectis vigiliis, multa cōgeſſi, leuiter tacta exactiori calamo proſequutus ſum, & tandē per rectos ortographiæ tramites procedendo pro viribus dilucidare, & exornare iam quinque conſiderationibus diſtinctum nouiter, tractatum volui, quò, & mihi clarior, & ad illum currentibus frugi appareret magis. Hoc inſuper his ſuperadito, quòd cum cartarum penuria, hac prima emiſſa æditione, nec

tercentum codicibus complecti, & repræſentari ſi potuerit, Typographorũ induſtria iam vix illius apud eos copia reperitur, cuius redditioni per eoſdem impenſa pecunia clariſſimum affert argumentum, & mihi adillum iterum aduolanti exornandi, & amplhandi, vltra prædicta, quammaximè voluntatem fecit vale igitur, & me ama, quia amaberis, & ſubinde commenda, quia commendaberis, & Tu.

Alexandri Pere ad Authorem.

AN tulerit legum lator plus, neſcio, Cæſar
Nobis interpres, Cæſar, an ipſe boni
Is iubet, atque vetat: verum Tu Phœbus, vt alter
Obſcura illuſtras iura, quid ipſa velint
Hoc fateor mirè cum ſcribas, condidit vnus
Cæſar, mirè aperit Cæſar, & vnus eas.

Pauli Portarelli ad eundem.

ROmulei Capua imperij fuit æmula ſemper
Non Marti inferior, belligeriſque viris,
Illuſtres animos, & Apolline digna locutos
Protulit, vtque armis, claruit ingeniis.
Hos inter floret iuris, legumque peritus,
Iulius haud impar Papiniane tibi
Exultent Tifata magis, fluctuque ſuperbo
Vulturnus ſalſas ingrediatur aquas.
Nam ſi Cæſaribus ſunt condita iura Quiritum,
Diuino expliuit Cæſar, & illa ſtylo.

Io. Caroli Morelli ad eundem.

CAEſaribus poſuere olim ſimulachra, ſed illa
Nunc vbi, conſumpſit vis fera tempus edax.
Tu, Cæſar, pœni alcamenis, phidięque labores
Contemnens ponis nobiliora tibi.
Signa animi ponis, non corporis: afficit illis
Non tempus, fiunt tempore perpetua.
Nomine Cæſareo quanto magè digna relinquis,
Animus fragili corpore Nobilior
Tu tanto priſcis, & quo non Iudice? dici
Cæſaribus maior nomine, neque potes.

PRAE-

IN integrum reſtitutionis remedium, vti quammaximè, patens pluribus maximi nominis Iureconſultis ſcribendi præſtitiſſe occaſionem ex multis ad eam ordinatis cõmentarijs, facilè eſt intelligere; verum de illa in ſpecie, quæ Regni iure, in primum, quòd aiunt, & ſecũdum beneficium diſtincta, ad pingius probandum inſcripta circũfertur, nunquam hucuſq; ad ſaturitatem diſputatum vidimus, in ſtudioſorum gratiã alias debita tractatione non deſtituenda: quare, quò turpia vitarem otia, ac publico ſtudiorum commodo in aliquo conſulerẽ, oſtenderemq; ſaltim animi mei officioſam promptitudinẽ, quamuis indigne in hac legali vaſtiſſima meſſe cõtendens de ea compendiosè diſcernendũ ratione p̃fata operepretium duxi: qđ ipſum, & ſi ita præſtitum non ſit, vt ſuſcepti oneris ratio expoſtulare depræhenditur, atq; eorum, qui caſu ad illud inciderint, exigunt ingenia. Saltim pro eorum humanitate noſtri beneuoli inſtituti induſtriam agnoſcent, ſimulq; hæc ipſa ſummatim, tumultuarieque propoſita, eorum abſoluenda ingenijs emiſſa, non ſine hilari fronte intelligere poterunt.

Imbrianus.

Vniuerſa Tractatio in quinque conſiderationes diſtincta eſt.

Prima Conſideratio.

1 BEneficium Reſtitutionis ad pinguius probandum, quid ſit ſecundum rem, & ſecundum nomen, cur inductum, quotuplex ſit, ac de eius conceſſione multa exornatè annectuntur.

Secunda Conſideratio.

2 QVibus in vniuerſum beneficia principaliter concedenda ſint, ac de variis, ea denegantibus exceptionibus latiſſimè conſideratur.

Tertia Conſideratio.

3 QVibus conſequutiuè obtenta beneficia competere dicantur, ac quemadmodum in eis eorum vſus conſideretur, latiſſimè diſcutitur, eademque pro Coronide à quibus concedi valeant, non inconcinnè ſubiicit.

Quarta Conſideratio.

4 QVibus in cauſis beneficia peti, decernique valeant, eademque denegentur, copioſè in ſtudioſorum gratiam deducitur.

Quinta Conſideratio.

5 VSque ad quod tempus beneficia competant, ac peti poſſint, variè exponitur, ac denique de eis per calumniam non petendis plura ſubnectuntur.

REVRM

1 *ACTVS omnes in dilatione poſiti in præfixis a iure temporibus explicandi ſunt*

2 *Tempus ad complementum alicuius actus aſſignatum, ad illius formam dicitur pertinere*

3 *Ampliatio ad prædicta cum ratione.*

4 *Temporis excluſio interdum dicitur magis excludere, quam excluſio repudiationis.*

5 *Legis munus quale ſit.*

6 *Limitatio ad prædicta ſubijcitur.*

7 *Publicæ vtilitatis intuitu multa conceduntur, quæ alias non concederentur.*

8 *Maior in proprijs, quam in alienis diligentia adhibetur.*

9 *Animi corporiſque ſollicitudo maxima in iudicijs exigitur.*

10 *Ratio cur minoribus, alijſque reſtō decernatur.*

11 *Ratio cur diſtincta rerum dominia fuerint, vna ex tribus refertur.*

12 *Probationes ſententiarum argumenta, ſeu loci, ſedeſue ſunt.*

13 *Multa probationum extruendarū gratia præter cōmunes regulas recepta ſunt, remiſſiuè.*

14 *Quibus ad pinguius probandū reſtō concedatur.*

15 *Cur ſit, quòd ad pinguius probandum reſtitutio dicatur, inquiritur.*

16 *Reſtitutionis prædictæ infertur diſtinctio.*

17 *Allatæ definitionis ſubijcitur explicatio.*

18 *Dilationes omnes in iudicis arbitrio poſitæ ſunt.*

19 *Reſtitutio Regni iure beneficiorum nuncupata,*

ta, cum aliàs cōi fuerit tale nomen inuſitatū.

20 *Mutuatum nomen beneficij à Canonum iure intelligas.*

21 *Quòd reſtitutio dicatur beneficioum, vti exaudiendum.*

22 *Aduerſus definitionem obiectio conſideratur.*

23 *Cur in primum, & ſecundum beneficium reſtitutio diſtinguatur, conſideratur ratio.*

24 *Reſolutio ad motam dubitationem.*

25 *Subſtitutio vlteriori gradu facta cur item ſecunda dicatur inſtitutio noua, authoris ratio remiſſiuè.*

26 *Aduerſus eandem definitionem alia obiectio.*

27 *Reſolutio ad obiectionem præfatam.*

28 *Alia reſtitutionis prædictæ ſubijcitur definitio.*

29 *Quemadmodum reſtitutio ex iuris indulgentia exaudienda ſit, affertur.*

30 *Quibus in caſibus dentur beneficia.*

31 *Aduerſus poſitam definitionem obiectio.*

32 *Id per quod, & id ad quod peruenitur, vnum, & non plura intelligenda.*

33 *Unica venditio dicitur, vbi plurium rerum emptor vnam non fuiſſet empturus ſine alia.*

34 *De duobus vnicum legatum intelligitur, vbi alterū, ſine altero relicturus teſtator nō fuiſſet.*

35 *Querelæ inofficioſi, & petitionis hæreditatis vnicus eſt libellus.*

36 *Vnica abſolutio, ſeu habilitatio à iuramento ad agendum, ſeu excipiendum, & contractum reſcindendum, ſufficit.*

37 *Admiſſus ad excipiendū, ad exceptionem quo-*

que

que probandum admiſſus cenſetur.

38 *Quatuor in cauſa beneficia conceduntur.*

39 *Vti hoc ipſum intelligendum ſit, expenditur.*

40 *In præmiſſis expenditur ritus curiæ 296.*

41 *Alia conſideratur obiectio cum reſolutione.*

42 *Beneficiorum termini cões eſſe intelliguntur.*

43 *Altera in definitionem conſideratur obiectio.*

44 *Reſolutio ad præfatam dubitationem aſſertur.*

45 *Cur bis beneficiũ concedi receptum ſit, nec ſemel, aut ter.*

46 *Bis datur, ne iudicia retardentur, reſtitutio.*

47 *Tantum valet reſtitutio in minore, quantum appellatio in maiore.*

48 *Appellatio eis tantum permittitur.*

49 *In vna, eadem cauſa vltra duas vices nõ proponitur excommunicatio.*

50 *Reſtitutio non poteſt dari, niſi bis.*

51 *Læſio num allegari, & probari debeat, latè diſcutitur.*

52 *Læſio beneficiorũ cauſa tripliciter cõſideratur.*

53 *Probandam læſionem, Bartoli ſententia.*

54 *Non ex eo ſolo, quod quis minor eſt, circumuentus credendus eſt.*

55 *Minor non reſtituitur aduerſus confeſſionẽ ſibi præiudicialem, niſi doctо de errore.*

56 *Nec præterea aduerſus omiſſam appellationem niſi adhuc docto de iure ſuo.*

57 *Læſionis probationem non exigentes plures referuntur.*

58 *Pro ſe præſumptionem habens a probandi onere releuatur.*

Circa

59 Circa læſionem ſimplici partium aſſertioni in propoſito ſtandum eſt.
60 L nam, & poſtea, §. ſi minor, ff. de inreiurando, expenditur diſpoſitio.
61 De Minore aduerſus confeſſionem nō reſtituēdo niſi docto de errore, diſpoſitio vti exaudienda.
62 Cur ſit, quo aduerſus omiſſam appellationē, niſi docto de iure ſuo Minori non datur reſtitutio.
63 In caſu parum præiudiciali reſtitutione petita, læſio non probanda.
64 An læſio allegari, & probari debeat, tum cōmuni, tum Regni iure inquiritur.
65 Vbi nullæ extructæ ſunt probationes cōi iure læſionis comprobatione omiſſa, eius nuda ſufficit allegatio.
Regni vero iure nec allegatio iata dicta exigitur.
66 Vbi aliquæ factæ ſunt probationes cōmuni iure læſionis comprobatio exigitur. Regni vero obſeruatione nequaquam.
67 In caſu, in quo inutiliter extructæ efferuntur, quid communi Regniue iure obtineat impliciter refertur.
68 Regni iure in omnibus ſupra expoſitis capitibus, nec probatio, nec allegatio requiritur.
69 Num Minoris in faciendis probationibus ex aduerſo induſtria comprobata, ſit ei petita reſtitutio deneganda.
70 Ceſſante cauſa beneficij, ſeu priuilegii, ceſſare illud debet.
71 Legis primæ, C. qui, & aduerſus quos affertur intelligentia.

Boni

72 Boni conſilij in extruendis probationibus diffi-
ciliſſima creditur comprobatio.

73 Num Maior Minori ſuccedens factis à minore
probationibus, ex eius perſona beneficia pe-
tere valeat.

74 In poſita q̄one ꝑ affirmatiua firmatur cõcluſio.

75 Mulier in fideiuſſione modo quolibet circum-
uenta ex velleiano reſtituitur, eiuſque ad hæ-
redes tranſit Reſtitutio.

76 Hypotheca competens pupillis in bonis admini
ſtrantium Tutorum, & Curatorum, etiam in
eorum ſucceſſores transfunditur.

77 Immunitas ob numerum duodecim filiorum,
parentibus conceſſa, eis mortuis filijs in com-
munione degentibus adhuc debetur.

78 Vbi perſonæ intuitu datum eſt priuilegium,
nequaquam illud ad ſucceſſores trãſmittitur.

79 Læſionis probatio cur reſtitutionem petentibus
remiſſa ſit.

80 Item cur, & eiuſdem allegatio.

81 In Reſtitutionis conceſſione vnica læſio principa
liter conſideratur, & eius intuitu, omnes per-
ſonæ, quæ iuris præſumptione ledi poſſunt.

82 Reſtitutio num dicatur Beneficium Reale, vel
perſonale, vel Miſtum quæritur.

83 Alij quod perſonale ſit, voluerunt.

84 Alij Reale.

85 Alij vero miſtum illud dixerunt, & cur.

86 A media ſententia, qua Reale illud enunciatur,
recedendum non eſt

87 Minori ſuccedẽti maiori poſt factas ꝓbationes,

ſi per eum petantur nō decernantur beneficia.

88 *Non entis nullæ exiſtunt qualitates.*

89 *Quamuis maiori ſuccedens minor, cum per ipſum, vti hæredem probationes fiunt, reſtitutionem habeat, non tamen ad l. vnicæ C. quādo imperā. beneficium admittetur.*

90 *Quod de Maiore ſuccedente Minori in beneficijs admittendo dictum eſt, vti intelligendū ſit ex rationabili authoris ſententia refertur.*

91 *Cauſa inſpicienda eſt, ob quam diſpoſitio ſertur ordinata, cum ab ea regulari, & interpretari debeat.*

92 *Cur ſit quod in præfatis beneficiorum dilationibus per termini diminutionem Ritus procedi mandarit.*

93 *Dilationum prorogatio non poteſt fieri ad maius tempus, quam ſit illud quod in primo termino præfixum eſt.*

94 *Num in beneficiorum terminis facta nominatione, valeat Iudex alium congruentem terminum arbitrari, inquiritur.*

95 *Iudicis non eſt æquitatē in ſpecta legem interpretari, ſed principis, aut eius præfecti ꝑtorio.*

96 *Paria ſunt beneficium petenti decernere, nec eidem quoad eius vſum proficere illud poſſe, aut pœnitus illud non concedere.*

97 *Paria ſunt ſine libertate ſeruum hæredem inſtituere, vel illum pœnitus non inſtituere.*

98 *Paria ſunt nullum inſtrumentum eſſe celebratum, aut celebratum quidem, ſed nō vtiliter.*

99 *In termino duorum menſium in compromiſſo*

ad

ad laudandum præfixo, non computatur, ob factam nominationem data dilatio.

100 *Dilatione pendente cõquieſcere dicitur iudicis officium.*

101 *Facta nominatione in partibus, uel vltra mare pro numero dietarum ſtatutum tempus à lege reperitur.*

102 *Subrogatum ſapit naturam illius, in cuius locum ſubrogatur.*

103 *In quibus terminis præfata regula accipienda ſit, explicatur.*

104 *Quod facta in beneficijs nominatione iuxta locorum diſtantiam valeat iudex alium terminũ arbitrari refertur in Sacro Cõſilio deciſũ.*

105 *In cauſis, in quibus termini non dantur, num beneficia peti, & concedi valeant, quæritur remiſſiuè.*

106 *In cauſis, in quibus termini dantur, ſi dati non ſint, ſed ꝓbationes receptæ fuerint, num ſuper eis publicatione facta priuilegiatis beneficia petere liceat, inquiritur.*

107 *Quòd eſt inductũ pro forma, non poteſt adimpleri per æquipollens.*

108 *Probationes ſine dilatione extructas validas eſſe ex decreto ſacri Regij Conſilij refertur.*

109 *Multa iam facta tenent, quæ alias facienda impedirentur.*

110 *Circa præmiſſam quæſtionem rurſus mouetur dubium.*

111 *Ad illud reſolutio conſideratur.*

112 *Vbi ritus aliquid præcipit, ſi non procedit vl-*

terius

terius annullando quòd aduerſus eius diſpoſitionem attentatum fuerit, vtiliter procedit.

113 Ritus in ſe nullitatis clauſulā dicitur cōtinere.

114 Præfata diſpoſitio, vti exaudienda ſit, refert.

115 Negatio dicitur potentius negare, quam affirmatiua affirmare.

116 Negatio tantæ malignitatis creditur, vt quicquid inuenit, deſtruat.

117 Priuilegiati nū eo ſolo, quòd priuilegiati ſunt, pinguiores probationes facere poſsūnt, an vero media beneficiorum petitione.

118 Quod per beneficiorum petitionem admittendi ſint, concluditur.

119 Quemlibet etiam priuilegiatum in dubio iure communi vti præſumptio eſt.

120 Ad ritus 135. intelligentiam aliqua referūtur.

121 Priuilegiatis, etiam poſt termini lapſum ſcripturarum præſentationem habere licet.

122 Communi iure etiam poſt emiſſam in cauſa cōcluſionem earum præſentationi locus patet.

123 Ritus prædicti 235. diſpoſitio in iudicijs hodie non obtinet.

124 Ex pragmaticæ diſpoſitione vlterius ſcripturarum præſentationi patet aditus.

125 Quemadmodum pro probationibus conſtruēndis beneficia petenda ſunt, ita, & pro ſcripturis præſentandis.

126 Teſtes iurati, vel etiam citati tantum ſi fuerint, elapſo in beneficijs ſtatuto termino in Regno recipiuntur.

De

De Primo, & Secondo Beneficio.

CONSIDERATIO PRIMA.

BENEFICIVM RESTITVTIONIS AD pinguius probandum quid ſit ſecundum rem,& ſecundum nomen cur inductum; quotuplex ſit; ac de eius conceſſione multa exornatè annectuntur.

ET quia vigilantibus, & non dormiētibus iura ſubuenire vulgatū ſatis effectum eſt, lege ad id ſępiſſime cōclamante, vt in l. pupillus, ff. qui
1 in fra. cred.†Actus omnes in dilatione poſiti in pręfixis à iure tēporibus explicandi ſunt, ne tacite eis procedentibus in finē eorum perfectione,& ſtructura pręuia execranda negligentia repellamur, vt in Regni conſtit. inci. Lite legitime conteſtata, vbi omnia deducenda, in pręfixo termino legitimè de-

duci argumentum eſt, cui reſpondet Ritus Magnę Curię 235. inci. itē quod in quacunq; cauſa, item tex. in pragmatica comparēte, & in pragmatica curſu dilationum, de ordine iudi. & ratio
2 eſſe poteſt; quia † vbi tempus ad complementum alicuius actus aſſignatur, ad illius formam pariter creditur pertinere, vt per Iaſ. in l. non erit, §. ſi neq;, ff. de iureiu. & faciunt deducta per Maran. in conſi. 119. nu. 7. quare non ſine actus excluſione ab eo recedi poſſe conſequens eſt.

3 † Quod ipſum adeò perpetuum eſt in terminis prædictorum iuriū, vt more purgationi locus non tribuatur. l. ob cōmiſſa, C. de adul. & habetur p Alex. in conſ. 133. circa fi. volu 6. Horum autem ratio ea deduci pōt, quod patiēdo labi in peragendis ſtatutū tempus, tacitè incumbentibus in tēpore pręfato renuntiare videamur, vt per Cra. in cōſi. 166. nu. 16. ad quod pariter facit, quod
4 † tēporis excluſio interdū dicitur magis excludere quam excluſio repudiationis, vt per Bal. in l. ſi emanc. in prin. C. de iur. & fac. ign. & facit quod notabiliter decidit Capi. in ſua deciſ. 82. in ci. in cauſa Thomæ de Piacente, & habes

bes per Vrſil. in Afflict. deciſ.73.nu.7.
Attamen quia nō omnibus eadem
pręſtatur facultas, idemq; datū eſt inge
nium, c. ſicut dignum, de homic. & iux
ta illud. Mille hominum ſpecies, & re-
5 rum diſcolor vſus, pariterq; quia † in
Principis locum ſuffectę leges munus
eſſe creditur rempublicam moderari,
ac pari iure ſummos infimis adęqua-
re: Cū proinde præſtare maiores inge
nij pfectione, & vitę robore minores,
viduas, & alias miſerabiles perſonas ſa
tis natura cognitū ſit; vnde citius per-
agenda peragant: ac celerius ſibi debi-
ta conſequantur, illud æqualitatis ſta-
tuendæ gratia, ęqui, boniq; arte inſpe-
6 cta legere eſt, † quod etſi omnia in ſta-
tuto, in iuditiis termino cū perempto
ria ſubintellecta cōmunicatione dedu
cēda ſint, ea diſpoſitione minores, mu
lieres, & alię miſerabiles pſonę mini-
me includi debeāt, publica ad hoc vti-
7 litate inſpecta: † Cuius intuitu conſtat
multa cōcedi, quę alias nō permitterē
tur, vt per Spe. in §. ſatis clare. in ver. &
8 breuiter. in ti. de diſp. & alleg. † Nam,
& ſi quēlibet in propriis ſedulo verſari
præſumptio eſt, in alienis tñ longe mi
nor diligentia adhibetur, vt vel in cō-

trarium pręſumptio prodeat; Et cōſe-
9 quenter, †cum iudicia frequētem animi, corporiſve ſollicitudinē requirāt, vt intimius huius rei rationem illā latius deducendo repetamus, quo legitimè in controuerſiis ad victoriā perueniatur, experientia comprobatum eſt,
10 †memoratas perſonas, ętatis, vel ſexus imbecilli cōditione ſuppoſita, aut corpus aliud repræſentatum, qualē, ea diligentiā expoſtulāt, adhibere nō poſſe, ita vt nec in eiſdē, rerum ſuarū defenſioni intendere volentes, cōmodè valeant intereſſe, arg. legis, clarum, C. de auth. præſt. cum ſi. Quare aliorū induſtrie, & ſollicitudini cōfidere eis natura, lege ve datū eſt; quę vt plurimū rerum ſugerente experimento, ſumma
11 creditur negligentia, † cū ad externorum negotiorū peractionē nullo intrinſeco noſtri pectoris ardore trahamur; quę fuit vna ratio cur diſtincta rerum dominia fuerint, vt p Soc. in l. j. ff. de acq. poſſ. vnde in prędictis nō modicè lædi p̄fatos ratio ipſa naturalis indubiè ſuadet. Ne ergo eorundē iura à maioribus obruerentur, Principis prouiſione muniti deprahenduntur, & p̄ſertim, vt ad rē noſtrā decurramus;

ne

ne in probationibus læſi, in ſententiis poſtmodum lęderentur, alias in termino adimplenda, pro eorum imbecillitate non præſtita, vel horũ, quibus cõfidunt, incuria, in aliobis ſtatuẽdo termino perficiendi, & adimplendi pote
12 ſtas data eſt. † Probationes etenim, veluti ſententiarũ proferendarum argumenta ſunt, itẽ loci, ſedeſve earũdem eſſe conſpiciuntur, imo ex eis tanquã ex mẽte prodire exiſtimantur, vt per Cy. in l. j. C. de erro. calc. & Bal. in c. ſup. de cau. poſſ. & propr. vt non immerito
13 præterea, † earũ conſtruendarũ, & conſeruandarum cauſa, multa præter communes regulas recepta ſint, vt in c. q̃m frequenter, vt lite non conteſta. in l. quoniam multi, C. de hæreti. & mani. in fi. in l. generaliter, C. de reb. credi. & in conſti. reg. incip. probationũ incurſibus, cũ cœteris paribus. merito ergo a primo ad vltimum his principali lege in integrum reſtitutio decreta eſt.
14 † Pupillis, minoribus, mulieribus, fiſco, vniuerſitatibus, eccleſiis, atq; aliis paſſim miſerabilibus pſonis, de qbus, & aliis vniuerſum ſuo loco dicetur, vt in conſti. reg. obſcuritatem, in conſtit. Beneficium reſti. item in alia inci. mu-

lieribus, item in conſt. minorum iura, & in pragmatica allegata curſu dilatio num, in fine cũ comportandis alijs infra ſimilibus. Inſuper, vt commodius aliquibus explicitis huius reſtitutionis definitio demũ inferatur, illud ſubin-
15 de loco queri poteſt, † cur ſcilicet id ſit, quod ad pinguius probãdum Reſtitutio dicatur, ex eo, quod ne dum probationib⁹ nõ integrè extructis; ſed ẽt penitus nõ factis, aũt inutiliter comparatis beneficia cõpetant: & ſic cur denominatio talis ex alijs caſib⁹ ſpecialibus, cũ plures exiſtant, deſumpta non ſit, vel ſaltim generaliori noĩe ſignificata, quò, & alij prȩfati caſus cõmodè venire potuerint. Ad hoc qdem dicendum breuiter eſt, nõ accõmodatũ nomen generale p omnia. Cum illud Reſtitutionis ſatis generale eſſe intelligatur; vti illius, quæ minoribus ex variis cauſarum figuris, cõcedi ſolet, vt toto titulo de minorib⁹, & aliis paſſim ſup hac ipſa re cõceptis ſimilib⁹; at potius ad pinguius probandũ nuncupata terminorum habilitate inſpecta; ex eo, ꝙ nimia crederet̃ negligẽtia penitus probationes nõ facere, ac cõſequenter potius iniuſtũ eas ĩ parte nõ extructas in

huiuſmodi reſtitutione decernēda ſup
ponere legi viſum fuit, vel eam tractan
ti. Vt ergo ex ꝯcepta leſione reſtitutio
prædicta cōcedi intelligeretur, factas
ꝓbationes aliquas in termino ſuppoſi
tum eſt, ſed non integrè, notatorum
imbecillitate conſiderata. Verum præ
dictis nō iniuria quis obiiceret, dicen-
do: nōne ſunt termini habiles, proba-
tiones factas, ſed inutiliter, ſupponere?
quod propter minorū infirmum iudi
tiū, & tutorum, curatorum, & aliorū
nomine alieno comparētiū nō ignotam
legibus, negligentiam in dies con
tingere poteſt, vt in ca. cum nouiſſent,
de in integ. reſt. ibi, negligenter.

Sed pro Reſponſione illud in propo
ſito enūtiari poteſt, quòd inutiliter ꝓ-
bationes extruere raro quidē dicatur
accidere reſpectu earū, quę imperfectè
comparantur, queve, vt plurimum in
iuditiis, nō ſine graui litigantiū incō-
modo claudicare dephendūtur, iuxta
ſupraſcripta: ſuccedat mō iuris illa vul
gata diſpoſitio, q̄ ſe habeat, iura de ea
adaptari, & ferri, quę frequentius reci
piūtur. l. nam ad ea. de legibus, cū vul-
garibꝰ aliis. merito ergo a primo ad vl
timū ad pinguius ꝓbandū Reſtitutio

nũcupata eſt, probationibus aliquibus præſuppoſitis; vnde ad complendas, & perficiendas eas data intelligatur.

16 †Ac tandem, vt debita a nobis definitio inferatur, eadem in hoc thema cõcipiatur, quod ſit iterata quædam probandi facultas à lege inducta ex pſũpta in probationibus læſione cum primi termini medietate concedenda.

17 †Et primo, vt eius explicationẽ ſubeamus, dictũ eſt, quòd iterata probandi facultas ſit, quòd ipſum bifariam intelligi poteſt; & ſic ſiue reſpectu tẽporis, vt puta quòd per eius conceſſionẽ in termino probatorio nõ extructas probationes, in quo fieri debebant, in alio tẽpore poſt publicatum decurrẽte extruere liceat; vel etiã reſpectu earundẽmet probationũ: nam ſi ipſę factę quidem ſint, at eo modo; quo valere nequeunt, ex hac ipſa facultate repeti poſſunt, vt clarius dicetur inferius.

Dictum eſt ſubinde ex præſumpta in probationibus, læſione; quod declaratione non indiget, cum ex pręcedẽtibus & proximè ſubiiciendis, ſatis vulgare credatur effectum.

Dictum denique eſt cum primi termini medietate cõcedenda, & hoc ex

eo

18 eo † quòd dilationes omnes propter varia incidentia, in iudicis arbitrio poſitę ſunt, ſimplici legis dilatione excepta, de qua re habes tu Regnicola Ritum magnę curię 72. dum ibi dicitur, elapſo termino tam in cauſa ciuili, quàm quòd in cauſis, in quibus petuntur beneficia Reſtitutionis in integrū, & peti poſſunt, detur terminus in primo Beneficio petito; quod verbum, detur, clarè refertur ad iudicē. ergo, &c.

19 † Hinc animaduertere licet, reſtitutionem prædictam beneficium in Ritu allegato appellitari, quòd iure communi agnitum non reperitur: vnde conſtitutionum iure receptum illud intelligas, vt in conſtitut. Beneficium, & in conſtitutio. paternorum, vbi Afflictus not. in 10. notabi. Hinc poſtmodum in pragmaticis ſanctionibus percipitur frequentatum, vt in pragmati. curſu dilationum, in fine ibi, ſalua beneficia, in pragmatica inſtantia cauſæ, & in pragm. teſtem falſum, & aliis ſuo loco ponderandis.

20 † Mutatum tamen illud a canonum iure nolo ignores, vt patet clariſſimè in ca. Beneficio, vbi Panormita. notat de in integ. reſtit.

21 Nec

21 † Nec præterea Beneficium exhaudiēdum eſt pro beneuola actione gaudiū capienti tribuente, vt dicitur de feu. in c.vbertus.de milite vaſſal.qui contumax eſt: tum quia equitate penſata ex neceſſitate quodammodo datur, vt in c.auditis.circa finem de in integ.reſtitut. Cumq; etiam ex cauſa oneroſa, vt ex antedictis conſtat, recipiatur: dicetur igitur quaſi benefactum, quaſi quod æquitate, ac publica vtilitate inſpectis notatis perſonis iure ipſo huiuſmodi prouiſione conſulendum fuerit.

22 † Illud vero circa prolatam definitionem me torquet, quod cum præfata reſtitutio beneficiorū nomine in plurium numero ſignificetur, non videtur quòd iterata quædam probandi facultas dici poſſit, cum Regni iure bis
23 conſtet illam dari: † vnde primum, & ſecundum beneficium per huiuſmodi binam conceſſionem circunfertur, vt per Andr. in dicta conſtit.obſcuritatem.quare, etſi reſpectu primi iterata dici poſſit, non idem tamen quoad ſecundum dici poterit, cum eius reſpectu bis iterata dici debeat. & ſic licet communi iure pro definitione prædi

ćta defenſio adſit, regni tamen obſeruatione ſatis ea confunditur.

24 † Niſi tali pacto occurrendo dixeris quod ſemper iterata dicitur, etiam ſi vlterius in tertio, & numeroſiori beneficio de iure talis facultas concederetur; cum & in ſimili illud iure attentatum ſit per Doc. in rub. ff. de vul.

25 & pup. † Omnes ſubſtitutiones, etiam ſi vlterioribus gradibus factè depræhendantur, ſecundas inſtitutiones, quod, & de nuptiis, electionibus, & aliis ſimilibus adnotatum eſt, & poſt alios pleniſſimè dixi, nouiter redendo rationem prędictorum in lib. meo prętermiſſorum, vbi videas capit. decimoquarto.

26 † Sed & illud pariter poſitę definitioni negotium inferre deprænhenditur, quod in ea ſimpliciter dr̃ cũ primi termini medietate nã ſi ea iuris cõis reſtitutionem reſpicit, de hac medietate ius commune nõ cogitauit: ſi vero ad Regni iura trahatur, non bene conſiſtit, nam terminus in ſecundo Beneficio ſtatutus, cum ſit medietas termini prędixi in primo, vt in ritu curię 72. non poteſt dici medietas primi termini, hoc eſt probatorij.

Atta-

27 † Attamen pro defenſione dici poteſt, quod ſatis primi termini medietatem dicitur continere, cum primi medictatem complectatur, & ſic primum dicitur reſpectu ſecundi: quare definitio præfata per verba vtrunque propriè importantia concepta creditur, quod tollerandum eſt, omisſis tot Dialecticorum dogmatibus; cum nec inter eoſmet de his bene conueniat: ita, vt ſit ſenſus cum primi termini medietate hoc eſt probatorij in primo beneficio, vel cum medietate termini præfixi in primo; ſi de ſecundo loquamur. Ea igitur hoc modo comprobata ad alia conſequentia decurramus.

28 † Niſi etiam hoc pacto, & fortaſſe dilucidius definire velis, quod ſit geminata reſtitutio ex iuris indulgentia in probationibus factis, vel non factis agnitam læſionem paſſis cum certi tẽporis præfixione ad eas plenè, vel principaliter faciendas iudicis interloquutione decernenda.

Et vt eam ſic poſitam interdum exponamus, aduerte primo, reſtitutionẽ in ea loco generis legendam, vt quæ ex varijs cauſarum figuris in iudicio,

vel

vel extra abſtrahitur, eaſque vti vehiculum deferat: dicitur vero geminata ; cum tale beneficium bis ex magnę curiæ interpretatione decernatur, vt latius infra dicetur: vbi cur ita receptum fuerit, non incognitũm ſtudioſo relinquetur.

29 † Subijcitur ex iuris indulgẽtia quod ipſum pugnare animaduertitur, cum a reſtitutione ea diuerſa ſit: vnde præfatas dictiones ferri ad diuerſa intelligas, ita vt reſtitutio quidem eſſe deprehendatur reſpectu eius quod ea obtenta, non factas probationes integrè facere licet, vt in allegatis iuribus. dicitur autem indulgentia ex eo, quod non ad elapſum terminum probatorium reſtitutio fiat, ſed alia dilatio iuxta ſupraſcriptos terminos deſignetur, vt in c. coram. de in integ. reſti. & facit quod not. Bar. in l. 1. §. nuntiat. in fi. ff. de no. ope. nun.

30 † Dictum eſt ſubinde in probationibus factis, ſed non integrè propter lęſionẽ, in quam quis priuilegiatus præſumitur incidiſſe: vel non factis, intelligendo quod verè extructę non fuerint tutorum, curatorum, & procuratorum incuria, & negligentia: vel etiã

fabri-

fabricarę quidem fuerint, ſed inutiles deprehendantur, quo caſu pro non factis habentur, ex iactata diſpoſitione iuris in l. non putauit. §. non quęuis ff. de bon. poſſ. contra tab.

Conſequenter ſubiectum eſt agnitam læſionē paſſis, vt intelligatur præſcriptas eſſe perſonas, vel corpora, quibus concedenda ea ſunt: quę etiam in præfatis læſa, vel læſæ præſumuntur a iure. & ſic, ut alij penitus ab eorum petitione excluderētur, qui ſe, pro eis obtinendis læſos allegare poſſent, de quibus pleniſſimè in ſequenti conſideratione differemus. Sequitur cum certi temporis præfixione, de qua in ſupraposita definitione dictum eſt.

Deinde dicitur ad eas plenè: intelligendo vbi factè ſunt; ſed non integrè, vel principaliter, & ſic cum nullę extractę ſunt, vel tales, quæ prodeſſe nō poſſint, vt ex ante dictis conſtat.

Dictum denique eſt iudicis interloquutione decernenda, quia iure ipſo docta non intelligitur; quemadmodum in aliis dilationibus notatū eſt, quæ ferè omnes in iudicantis manu poſitę ſunt, & ex his optimè deductā definitionem procedere cuique facilè

cilè putamus intelligere.

31 † Non ita tamen, vt de aliquibus circa eam dubitandum non ſit. & primo dum in ea dictum eſt, quod geminata ſit reſtitutio, poſſet qs obiicere, quod non geminata dici debeat, ex eo, quod bis, vt dictum eſt, concedi dicatur: ſed potius triplicata, cum diligenti habita examinatione tripliciter indulgeri depręhendatur; nam ſi facta concluſione petatur, conſtat alteram aduerſus inductam renuntiationem, per concluſionem, dari, vt in authen. iubemus. C. de iudit. alteram verè ad omiſſam probationem ſupplendam, & erit primum beneficium, vnde ſi poſtmodum concluſione facta ſecundum petatur, tertia erit in ordine reſtitutio; quare vel peti non poterit, aut triplicata ea dicenda eſt; & definitio manca.

Sed reſpōderi poteſt, & rectè, quòd primū iſtud beneficium, quod ad pinguius probandū dicitur indulgeri, nō ſit diuerſa reſtitutio ab ea, quæ aduerſus concluſionem datur. Nam ea concluſionem infringens ad ſequentem probationum ſuppletiuam ſubordinatur, atque ex ea peruenitur ad iſtam.

Sed

32 †Sed id per quod peruenitur, cum eo ad quod peruenitur, non ſunt plura, ſed vnum. argu. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procur. l. cum ſeruus ff. de condi. & demon. l. cum eiuſ-
33 dem ff. de ædil. ædic. † vbi vnica tantũ venditio dicitur, licet plures res venerint, vbi empturus quis nõ fuiſſet vnã ſine aliis.

Facit etiam text. in l. ſi duob. ff. de lè
34 ga. 2. †vbi legata duo pro vnico habentur, vbi vnum ſine altero relicturus teſtator non fuiſset.

Facit etiam quod dicitur per Andr. in d. conſtitu. Obſcuritatem col. 4. ver.
35 & quod dicitur, † quod ſcilicet querelæ inofficioſi, & petitionis hæreditatis vnicus ſit libellus: ita & in caſu noſtro vnica tantum reſtitutio intelligenda eſt, cum non probaturus quis ad eam minimè decurrendum putet.

36 †Vnde, & vnica abſolutione quis ad agendum, ſeu excipiendum, & contractum ipſum reſcindendum vti poteſt, quicquid communis in contrarium dicit ſententia, de qua in Rota Bononienſi in concl. 14. vt per Afflic. in deciſ. 322. nume. 2. & 12. Eundem in vulgata conſtitu. obſcuritatem col. fi.

&

& Miſingerium in ſua obſeruat. camerali 57. Centu 2.

Quod ipſum ex eo denique ſuadetur,
37 † quòd ad excipiendum admiſſus vnico actu ad exceptionẽ quoq; probandum admiſſus cenſeatur, vt per Innocen. in c. conſtitutus, & in cap. cauſam, quę de teſtib. &, vt cum And. concludamus celeriter in præmiſſo caſu, petitur reſcindi concluſio, vt ea non obſtante proponatur omiſſum, ita, vt ex ea celeritate vnius actus, alterius occultatione, depræhendatur. argu. l. 3. §. pen. ff de donatio. inter vir. & vxo. ergo, &c. Sed vlterius augetur dubium, quòd ne dum triplicata, vt attentatum eſt, ſed quadruplicata dici debuerit,
38 † cum re bene diſcuſſa quatuor in cauſa beneficia decerni valeant, vt per Afflict. poſt gloſſ. in vulgata conſtitutio. obſcuritatem, q. 10.

39 † Tu vero pro obiecti diſſolutione conſiderare poteris, quòd dum bis peti, concedique poſſe beneficia adnotatum eſt, vni priuilegiato intelligendum exiſtimatur. quare ſi inter ambas partes priuilegiatas habeatur decidenda controuerſia, tunc ſanè bis ab vtraque parte peti ea poſſe, non dubi-

tatur per tex. de iure communi in l. pe tendę. C. de temp. in integ. reſtit. ac iu-
40 re Regni inſpecto, † per diſpoſitionem Ritus 296. dū ibi dicitur, quòd in quibuſcunque cauſis ciuilibus, quæ in prę fata curia pro tempore agitantur, aliqua petitio reſtitutionis in integrum poſt concluſionem factam, neque per actores, neque per reos conuentos fieri poſſit. ergo vterq;, & ſic tam actor, quàm Reus beneficia petere nō prohibetur. quod optimè proſequitur Andręas loco citato, verſ. item poſſet concedi pluſquam bis.

41 †Nec iure obijci poſſet ex prędictis, quòd altero eorum petente dicatur pręcluſa via petendi quoad alium, ne ita fruſtra eorū petitio pro litium immortalitate multiplicetur. ca. finem litibus de dolo, & contuma. nam hoc ipſum iure non cauetur, & eſſet magna limitatio ad dictam curiæ interpretationem, quare non putamus à diſpoſitione recedēdum generaliter beneficia notatis perſonis deferente.

42 †Denique deductis refragari videtur, quòd beneficiorum termini cōmunes eſſe intelligātur, de qua re alibi dicam pleniſſimè, & faciunt notata per Bar.

& cœteros in d. l. petendę: & habetur per Bartol. de Capua in ſuo ſing. 4. in fine. † ergo ſequitur quatuor vicibus competere poſſe, & ſic duo principaliter petita: altera verò duo per aduerſarium alterum obtenta, eadem cōmunicanda ergo ſi ita eſt, non geminata, ſed potius quadruplicata dicēda iuxta prædicta.

43

44 † Tandem pro reſponſione dici poteſt, quod lex duo beneficia priuilegiato deferens, ex facta tamen interpretatione intelligendo, & principaliter ex priuilegio petente, exaudienda eſt, non autem ſi acceſſorie, & ſic ex perſona alterius partis, ratione cōmunicandæ dilationis, illis vti poſſit. nam in pręfato caſu non ex priuilegio, ſed alia ratione ex communi iure petita competere dicuntur, & ſic quia terminus communis creditur: vnde etiā ſi maior eſſet, ad ea admitteretur, ut ſuo loco patebit: Quare ſpecialis conſideranda conceſſio occurrit argu. l. 1. ff. ſi ager vectig. vel emphy. peta. vnde concluſio eſt ex prædictis, bis ea principaliter iure ſpeciali decerni, vt merito in definitione, geminata reſtitutio dicatur, alio in conſequentiā non

conſiderato ex iure cõi dependente.
45 † Præterea illud quis loco efflagitaret, cur ſcilicet ſit, quod duplex, & nõ vnicum, vel triplex aut quadruplex beneficiũ concedendũ exiſtimatũ ſit?
Et pro ratione illud conſiderare offertur, quòd cum ad purgandum in probationibus præſumptum læſionis vitium à lege reſtitutionis beneficiũ proditum ſit, iuribꝰ ſupra vulgaribus, ſucceſſiue eius miniſtri actus præfati geminationem interuenire voluerũt, ad hoc, vt ne dum læſio ipſa, vel eius vitium excluderetur, quòd lege ſuppleri non poteſt. argu. Pragmat. diſpendia litium, in ver. declarantes, de ord. iudi. ſed etiam ad tollendam omnem præſumptę læſionis ſuſpitionem. argu. tex. in §. ſed cum paulatim, in fine, inſtit. de teſtam. quod ſi quis poſt duo obtenta beneficia adhuc ſe in probationibus læſum proteſtaretur, in contrarium præſumptionem haberet, vt nec quidem probare contrariũ intendens audiendus ſit, vt qui duplici præſidiali comminatione ſubmonitus ſibi non ſtuduit cõſulere, quamuis eidem conſultum intelligi poſſit, ſi adminiſtratorum incuria hoc ſibi damnũ acci

derit, vt exactiſſime ſequenti conſideratione patefiet: nec pariter collitigatori talis officit geminatio ob ſtatuti, vel ſtatuẽdi termini cõmunicationẽ.

46 † Triplex vero, aut quadruplex ex multis non decernitur, & primo, ne per tot dilationes præter æquitatẽ decernendas iudicia retardari cõtingat. arg. vulgati cap. finem litibus, de dolo, & contum. & l. fi. ff. pro ſocio, ç. detetantes, Prag. allegatę diſpendia litium; cum ſimil. quod, & optimè ſentit Andręas in loco ordinario, col. 3. verſicu. quod bis concedatur.

47 † Secundo talis geminatio comprobari poteſt conſiderando, vt per Andręam in loco citato 4. quod tantum operatur reſtitutio in minore, quantũ appellatio in maiore. l. præſes prouin-

48 ciæ. ff. de min. † Sed appellatio bis tantummodo permittitur, & non tertio, vt in rub. & l. 1. C. ne liceat tertio prouo. ergo merito bis datur reſtitutio, & non ter, nec quater.

49 † Tertio hoc idem excommunicationis exemplo vallatũ eſt, quæ in vna, eademque cauſa ultra duas uices non pponitur, ut in c pia. de ſen. excõ. in 6.

50 † Denique accedat, quòd ad idem re

ſtitutio non poteſt dari, niſi bis, ut per And. in d. 4. uerſ. item ſi petatur, & for taſſe, ut dictum eſt, ut ſit litium finis, ergo de neceſſitate pleniſſimè reſtituere uolẽtibus geminatio recepta eſt.

51 † Conſequenter cum ſtatuẽdorũ beneficiorum cauſa potiſſima, læſio in probationibus efferãtur, eadẽ quemad modum conſideretur, allegari, ac probari debeat, deſpiciendum occurrit. Quare ordine ſingula expẽdẽdo, quo

52 ad primum conſiderandum eſt, † leſionem ipſam quoad noſtrum inſtitutũ creditur pertinere, in triplici conſideratione uerſari, & ſic uel quia nullę in termino probatorio probationes extructę ſunt, uel quia aliquas quis extruxit: at non, ut res exigebat, & ſic ut ingenio ualens alter fabricaſſet, uel denique ſi eas quidem extruxit, at non legitimè ad cauſæ uictoriam reportandam, & ſic nulliter, ut in definitione dictum eſt.

Quantum uerò ad ſecundum quęſitum de alleganda, uel probanda læſione Doctores multifariam loquuntur, uti atteſtatur Gabriel. lib. 2. com. con-

53 cluſi. conclu. 1. ſub tit. de mino. † Nam, & Bar. in l. nam, & poſtea, §. ſi minor, ff. de

ff. de iu. iur. colum. fin. nequaquam in omiſſis probationibus ſupplendis minorem reſtituendum voluit, niſi affectata læſione comprobata: † nõ enim
54 ex eo, quòd quis minor eſt, circumuẽtus credendus eſt, vt in dicta l. nam, & poſtea, ſ. ſi minor & in l. quod ſi minor, §. non ſemper, ff. de mino. & in l. verum § ſciendum, ff. eod. tit. & faciũt notata per Miſing. in ſua obſeruatio. camera. 16. cent. 4 quare præſumptione ceſſante talis læſio, vti fundamentũ petendę, & obtinendę reſtitutionis, per eum probanda eſt, arg notatorum per Ioan. Petrum Ancha. lib. familiar. quæſ. 2. quæſ. 50 incip. ſtatutum Regij col. 1. quòd, & apertè proſequitur textus in l. omnes, ff. de reſtit. in integrũ. dum ibi dicitur, omnes in integrum reſtitutiones cauſa cognita a prætore permittuntur, ſcilicet, vt iuſtitiam earum cauſarum examinet: ſed qui omne dicit, nihil excludit. l. Iulianus, ff. de lega. 3. ergo etiam hęc ad pinguius probandum examinanda eſt, cum decerni petitur, & præſertim cum lex præfata generaliter concepta, ſub titulo pariter generali conſcripta ſit.

Præterea, & ſecũdo hoc ipſum ſua-

detur ex eo, quòd in ſimili adnotatũ eſt per Speculat.in §.1.col.penul. verſ. ſed nunquid eccleſia.in ti.de in integ.
55. reſtitu.† quòd, ſcilicet minor non reſtituitur aduerſus confeſſionem ſibi pręiudicialem, niſi docto de errore, quẽ, & alij plures inſequuti ſunt relati per Gabriellium in d.tit.de min.conclu 3. nu.1.ergo idem, & in noſtro themate.
56 †Tertio, & poſtremo ad hoc ipſum validandum accedat quod minor aduerſus omiſſam appellationem non reſtituitur, niſi docto de iure ſuo, vt p. Bart.in d.§.ſi minor,col.fin.quem ibidem Ang. Rom.& Saly.inſequuntur, Gui. Papa in ſua quęſt.141. & Affl.in decis.96.nu.14.ergo idem, & in caſu noſtro communi opinione, recepto.
57 † Cõtrariam tamen ſententiam minoribus,aliiſq; priuilegiatis fauorabilem plures alij ſequuti depræhenduntur, vt per Specula.in d.§.1. verſi.illud præmittendum tit.alleg.Abb.in capi. ſuſcitata in 2.Notabili, & in cap.auditis,nu.7.vbi Ant. de But.in penu.col. de in integ.reſtit.Ioan.in d.§.ſi minor col. penulti. & alijs omiſſis per Capi. in ſua deciſi.109.nu.8. ea quidem primum ratione ſuppoſita, quod in tali
caſu

caſu ex facie actus creditur de leſione liquere, quare probatione quis onerari non debet, vt latius infra dicetur.

Præterea accedat quod dum minor ad ſupplendas probationes ſe admitti petit, ſatis, iuris preſumptione, admiſſam in eis leſionem dicitur comproba-
58 re; † cum conſtet preſumptionem habentem a probandi onere releuari, vt per Saly in l. neq; natales, in 2. oppoſ. C. de proba. & Socy. Iunio. in conſ. 48. nu 12. vol. 2. ergo nequaquam in præmiſſo caſu probatio exigenda eſt. Deniq; & tertio ponderetur textus in vulgato cap. auditis, dum ibi dicitur, quia tamen vtraq; pars neceſſariam, vt aſſerit, probationem omiſit, vtramq; re-
59 ſtituimus: † Quare ex his ſimplici partium reſtitui volentium aſſertioni ſtari, indubitatum eſt, quòd non eſſet, ſi probatio exigeretur.

Quid dicendum? a premiſſa affirmatiua non puto recedendū rationibus, & cauſis, de q̄bus ſupra: vnde nil aliud ſupereſt, niſi, vt ad cōtrariorum diſſo-
60 lutionem decurramus, † & primo non obſt. ex d. §. ſi minor, allata diſpoſitio, nā illa in contractibus procedere, intelligenda eſt, in quibus ex parte mi-

noris

noribus indiſtinctè læſio non concluditur, vt in gl. Regni conſt. inci. Beneficium, quare ad iudicia trahenda nõ eſt, in quibus apparenter de lęſione cõſtat, vnde tanquam præſumptionem habens, probare non cogitur, iuxta ſupraſcripta, & facit dictum gl. in c. conſtitutus: in verbo, conſtiterit. de in integrum reſtitut.

61 †Nec obſtat conſequenti loco, quod de minore non reſtituendo aduerſus confeſſionem, niſi docto de errore, dictum eſt, nam hoc ipſum non intelligendum eſt, vt per Alex. in d. l. nam & poſtea, §. ſi minor. col. fi. vt ſcilicet eo caſu exaudiatur procedere, vbi ex huiuſmodi emiſſa cõfeſſione, non ſequeretur damnum aliquod neceſſario, re ipſa: quare conſequens eſt, quod vbi neceſſario, & re ipſa damnum ſentit, abſque probatione aliqua reſtituẽdus venit: at an ignoras in propoſito minorem circa omiſſas probationes neceſſario, & re ipſa damnum ſentire? cum vt in præcedentibus dictum eſt, in probationibus læſus, in ſententia de neceſſitate, & re ipſa lędatur, cum ea ex prædictis, tanquam ex mente eliciatur. ergo, &c.

Nec

62 † Nec denique officit, quòd de appellatione iactatum eſt, nam ea ratione quis aduerſus omiſſam appellationē non reſtituitur, niſi docto prius de iure ſuo, quia eius omiſſio non ſemper læſionem præſefert, cum interdū non appellaſſe expedire ei intelligi poſſit, vt per Gabriellium loco citato concluſio. 2. in prin. nō igitur bene adaptatur in caſu noſtro, in quo ſi probationes omiſſas dices, læſionem indiſtinctè enuntiabis, vt deductum ſupra eſt. Si quæ vero alia in contrarium efferantur iura intelligenda ea ſunt procedere in caſu, vbi petita reſtitutio alteri, aduerſus quē petitur, maximum afferret p̄iudiciū: † Quare ſi in caſu non admodū p̄iudiciali, & fortaſſe, nulli⁹ momēti ea petatur, ſuppoſita lęſione prefata, ea quidem probanda non eſſet, & de qua nobis ſermo eſt, nequaquam præiudicialis eſt, cum de reparandis probationibus, alias fauorabilibus, tractetur, in termino communicando, vt dictum eſt. ergo probatione onerari quis non debet, vt optime habes animaduerſum in alio caſu per Miſingerium loco citato: ſed an in muliere cōtrariū dici poſſit, vide in ſequenti con

fide-

ſideratio. num. 115. & ſequenti.

64 †Vlterius in propoſita quæſtione nō incommodè diſtinctionis fędere occurrere poteris, & ſic quòd aut cōmuni iure ea terminari petitur: aut nr̄i Regni obſeruatione. & primò quantum

65 ad primū caſum, †in quo ſcilicet nullę probationes extructę habentur, illud communi iure refertur diſpoſitum, vt ſola læſionis allegatione reſeruata, illius penitus remittatur ꝓbatio; Regni vero obſeruatione neq; probatione, neque allegatione ipſa opus eſt: ratione quidem ex antedictis non incognita, cum in caſu iam poſito læſio in promptu arguatur, ac per ſe ipſa allegetur, per ſimplicem beneficiorum petitionem, vt bene voluit Capicius in allegata deciſio. 109.

66 † Præterea quantum ad ſecūdum: & ſic vbi aliquę adsūt factę probationes, ex communis iuris diſpoſitione ſatis probatio exigi videtur iuxta allegata, pro quo communis opinio per Gabri. in allegata concluſi. 1. relata intelligenda eſt, licet etiam hoc caſu non putem a firmata concluſione recedendum, per ponderatas rationes; Noſtra vero obſeruatione eius nudā allegationem

requi-

requiri dicendum videtur, ad hoc, vt partis, ſuper leſione-aſſertione facta, beneficiorum petitio iuſtificetur, ne alias per calumnia petita cenſeantur: quicquid tamen ſit, nec illam requiri cõcludas, ex eo quòd eo ipſo actu, deducta minori ætate, aut alia ſufficienti qualitate, ſatis de læſione allegatum intelligatur. l. cum, & minores. C. ſi aduerſ. rem iudic.

67 †Circa vero tertium, & vltimum nullum verſari dubium intelligitur tã cõmuni, quam Regni iure inſpecto, &
68 in ſumma illud tibi effingas, † quòd hodie, cum ea peti contingit, ſemper, & in omni capite de tribus expoſitis, vt experientia docet, nulla læſionis allegatione præuia, aut probatione conceduntur: vnde qualitas duntaxat, ex qua dantur, deducẽda eſt, vtputa, quia minor, mulier, & ſimiles, vt habes per Affl. in loco ordin. nu. 25. & alios allegatos per Marend. in conſi 68. inci. Saluatoris noſtri, nu. 15.

69 †Verum ex his illud non immeritò quæri poteſt, num per contrarias alterius partis contendentis probationes, præſumpta à lege exploſa læſione, vtputa quòd liquide iudici demonſtratum

tum

tum ſit, partem beneficia petentem fe ciſſe quicquid potuerit in eis exquirendis,& vti maiorē verſatum; & adhuc extruere non potuiſſe; vnde preſumendum ſit, quod ſibi penitus deficiant, vti non legitima iura fouenti, num inquam in caſu prædicto ab eorum conceſſione iudicibus abſtinendum ſit?

Et quidem in hac re illud prima facie decidendū ſupponitur, vt pro ne-
70 gatiua reſpondeamus, † cum ceſſante cauſa beneficij, ſeu priuilegij, ceſſare illud debeat.l.adigere § quamuis,ff. de iu.patron.& c.cum ceſſant, e de appell. lib. 6. Cumq; etiam leſio ipſa in propoſito in conſideratione ſit, vt latius inferius comprobabitur, nō uideo,cur ea ſemota; illa decerni poſſint; cum quo benē conuenit gl. in conſtit. allegata, Minorū iura, col.3.in verbo,probantur,quę allegat tex.in l.1.C.qui,& aduerſ.quos, & voluit hoc Ruin.in l. 1.§.nuntiatio.nu.88.ff.de no.ope.nun.
71 †Sed credo,quòd tex.ille, & alia allegata non concludant de iudiciali reſtitutione, quæ noſtræ ſubiacet conſiderationi,ſed bene de extraiudiciali,ratione contractuum, atque aliorum negotio-

tiorum, in quibus, cum non eo, quòd minores ſunt, læſi præſumantur, ſe læſos probare debēt, vt ad prætenſam reſtitutionem admitti posſint, ut ſupra dictum eſt.

Quicquid tamen ſit in affirmatiuam ſententiam non contendenda ratio decurrendum ſuadet, qua bene inſpecta corruere ulterius in contrariũ extructum argumentum, facilè eſt intel-
72 ligere; unde conſiderandum, † quòd boni conſilij in extruendis probationibus comprobatio difficilisſima creditur: licet enim teſtiũ circumloquutionibus attentari posſit, non tamen illis de facili credendum eſt, cũ in probatione huiuſmodi non niſi famoſiſſimis Aduocatis deferēdum eſſet, ex eo, quòd pro cauſarũ qualitate de hoc ipſo atteſtari conueniat. quare tanta exiſtente difficultate, parum puto ſuper negotio præfato inſiſtēdum, legantur tamen notata per Portium in §. extraneis. in gl. in uerbo, oĩbus, nu. 21. inſti. de hęr. quali. & diffe. & Affl. in loco ordina. & in ſumma hoc ipſum hodie in iudiciis non deducitur, quia ſatis ſubtile exiſtimatum eſt.

Et facit textus in l. inter minores ff.

de

de reſtit. in integrum dum ibi dicitur
q minores 25. annis ēt ſi per tutores,
curatoreſue ſuos defenſi ſunt, nihilo-
minus in integrum contra rempubli-
cam reſtituuntur, ergo, &c.
73 †Conſequēter ex his de illo dubitare
datum eſt, num in cauſa per minorem
probationibus extructis, eo mortuo,
maiore hærede exiſtente, qui in cauſa
euocatus pinguiores probationes de-
ſiderat, poſſint probatorio cōſtitutio-
nis beneficio eius iura firmari? Et in
hoc aperta ratione illud dicendū ſua-
74 ſum eſt, † vt poſſe reſpondere liceat:
nā cum adhuc ſupereſſe diſpoſitionis
cauſam, vt puta læſionem, manifeſtum
ſit, vt quę minoris ſucceſſione, re nō
integra, purgari haud potuit, merito
in maiorem quoq; præfatam diſpoſi-
tionem cōtinuari debere rationi con-
ſonum eſt, cum cauſa, iam in probatio
nibus vitio introducto ad eius defen-
ſionem adducta ſit, quę ſero quātum
ad præmiſſa veniſſe exiſtimatur, nihil
vltra profutura vt in l. minor autem, §.
fin. cum l. ſeq. ff. de mino. & in l. non
ſolum, ff. de reſti. in integ. & bene pro-
bat tex. in l. vnica C. ſi aduerſus dotē,
& facit tex. in l. tēpus, cir. fi. ff. de re iu.

Ad

75 † Ad quod in ſimili accedat, quòd in prȩſtita fideiuſſione circunuenta mulier præſumitur, & enormiſſimè læſa, etiam ſi fraudem Senatuſconſulto faciendo a, contractu ad eundemmet contractũ in ſe principalem obligationem ſuſceperit, iuxta notata per Dyn. in cap. fi. de reg. iu. lib. 6. unde Velleiano iuuari dicitur. vt in l. quamuis, & in l. ſi cum eſſem, ff. ad Vell. qua demum decedente talis ex Velleiano profluẽs reſtitutio ad hæredes trãsfunditur, cũ per talem ſucceſſionem læſio ipſa minimè ſublata credatur. ergo idem, & in caſu noſtro ratione eadem ſubſiſtẽte argu. l. illud, ad leg. aquil. & §. idem iuris, inſti. quib. ex cauſ. manum. licet, vel non.

76 † Succeſſiuè ad idem accedat, quòd hypotheca, quæ competit pupillis in bonis tutorum ratione adminiſtrationis, vt in l. fi. ff. de tutelis, & rationibus diſtrah. eadem & maioribus dictis pupillis, mortius ſuccedentibus competere dicitur, vt admodum ſingulariter voluit Bar. in ſuo ſingu. 72. ergo idem. & in caſu noſtro, iure hoc rationabiliter ſugerente.

77 † Quemadmodum etiam, & immuni

C tas

tas conceſſa parentibus ob numerum duodecim filiorum, mortuo patre obtinente, ad filios in communione degentes continuatur, vt per Menoch. in præſumptio. 103. nu. 17. & ſeq. lib. 3. & habes per D. de Franchis in deciſ. 359.

Et quoad rem principalem attinet idem expreſſe ſentire Bart. deprçhenditur in d. l. non ſolum Affl. in ſua dec. 211. vbi Vrſillus, & habetur latiſſimè per Capici. in allegata 109. vbi multa congerit, quibus attentis maiori huic ſuccedēnti beneficia negarentur, conſiderando, quòd nō læſione inſpecta, ſed perſona petente ea concedantur, quòd ſi verum eſſet, ſuccederet Doc. traditio, de qua per Bart. in l. quia tale
78 ff. ſoluto matrimo. quòd ſcilicet, † vbi perſonæ intuitu datum eſt priuilegiū, nequaquam illud ad ſucceſſorem trāſmittetur.

Quod autem perſonę cōcedi videatur, ex eo, quod ſatis in præcedentibus deductum eſt, comprobat; & ſic quòd cum ea, nulla præuia læſionis probatione, aut allegatione concedantur, non illam, ſed perſonam ſpectari argumentum eſt, nam ſi per contrarium ea in conſideratione verſaretur, ſaltim,

vti reſtitutionis præfatę fundamentũ alleganda eſſet.

79 † Verum re bene diſcuſſa, quòd dictum ex Capicio eſt, minimè obſtare depræhẽditur: nam cum pro petente vti minore muliere, & ſimilibus de q̃bus ſuo loco, iuris præſumptione, læſio concludatur, probationis onus ex illorum parte conſiderandum nõ eſt.

80 † Hęc quidem eius allegatio pariter exigitur, nam cum vnica cauſa dictę reſtitutionis, & quidem præſumpta vt dictum eſt, læſio prædicetur, ſatis per eius petitionem allegata cenſetur, ſub minoris, aut mulieris, aut aliorum, q̃bus de iure competit, nomine factam.

81 † quare principaliter vnicam lęſionẽ, in eius conceſſione conſiderari dedu-cendum eſt, & eius intuitu omnes perſonas, quæ iuris præſumptione læſę intelliguntur.

82 † Sed ad quid per emẽdicata ſuſtragia aditus queritur? an reſtitutionis beneficium perſonale, vel reale, aut mixtũ dicatur, nõ parum apud iuris interpretes concertatum eſt.

83 † Alij etenim perſonale illud exiſtimarunt, per textum in dicta l. quia tale

84 ff. ſoluto matrimon. † Alij Reale per

85 dictum textum in l. non ſolum. † Alij deniq; mixtum, ex eo, quod de perſonali participet, cum ad fideiuſſores nō porrigatur, vt in l. 1. & in l.fi. vbi Bart. C.de fideiuſſ.min. Ac pariter de Reali, dum ad ſucceſſores tranſmittitur. Tamen in articulo præfato pro veritate

86 reſpondentes, † à media ſententia, videlicet, quòd Reale illud ſit, recedendum nequaquam putauerunt, vt optimè habes per Miſing.in obſeruatio. camerali 18.centu 4. quare concludendo de tranſmiſſione præfata in ſuccedentem maiorem dubitandū amplius non eſt l.ex perſona C. de temp. in integ.reſtitutio.

87 † Quæ concluſio rurſus adeò vera dignoſcitur, vt illud aliud per Doctores corrolarium additum ſit, quod ſi aliquid cum minore, ordine retroacto maiori ſuccedente actum non ſit, vtputa quod is poſt fabricatas a maiore pbationes ei ſucceſſerit. Beneficia dicto minori petenti non decernunt, ex eo, quod finalis cauſa, læſio non præſumatur; cum quid in probationibus ipſe

88 non præſtiterit, vbi lædi potuerit. † vnde non entis nullę dicuntur qualitates exiſtere, l.decem. §.mala, ff.de ver.

ob

oblig. & quoad rem principalem attinet, facit text. in l fiſcus, ff. de iu. fiſ. & habetur per Bar. & Bal. in l. cum filius, §. in hac, ff. tit. præallega. cum aliis allegatis per Affl in decii. 212. & eundem in loco ordin. q. 13. nu. 17.

89 †Illud tamen circa præmiſſa omittẽdum nolui, quod, et ſi maiori ſuccedẽs minor factis per eum in cauſa defuncti, vti hæredem, probationibus ex prædictis reſtitutionis gaudeat beneficio, non tamẽ ad beneficium. l. vnice, C. quando imperat. inter pupil. & vid. rõne eiuſdem cauſæ admittetur, quãuis cum eo negotium geratur ex deciſione Sacri Regij Conſilij, de qua memorat Dom. de Franchis in ſua deciſ. 364 quod ſingulare eſt; nam ex prædictis negandum illud non eſſet.

90 †Vnum tamen pro complemento in ſuprapoſita cõcluſione attentari poſſe exiſtimaui, quod etſi ſuccedens maior minori poſt factas à Defuncto minore probationes, ex eius perſona ad pinguius probandum reſtitutionẽ cõſequuntur, ad illam tamen ſemel eum admittendum dicerem. Nam cum in primo obtẽto beneficio, uti maior ꝓbationes effecerit, in eũ caſum res creditur

ditur deducta, à quo incipere non poſſe dignoſcitur; nam ſi quis in principali termino, vti maior extruxiſſe ꝓbationes efferat̃, ea ſua perſona ad eas iterum fauendas, vel complendas, non quidem reſtituitur, iuribus ſupra vulgaribus. ergo ita, & non aliter in hoc termino ſubrogato dicendum eſt; cũ
91 iuris ſit idem, † inſpiciendo cauſam, ob quam præfata diſpoſitio creditur ordinata iuxta dictum gl. in l. legata inutiliter, ff. de adim. lega. cum ab ea regulari, & recipere interpretationẽ debeat. l. cancellauerat, ff. de his, quæ in teſta. delentur. Sed in hoc amplius non inſiſto relinquẽs illud ſaniori iuditio perpendendum, tum quia eſſet deſtruere ex facta interpretatione beneficiorum præſcriptam formam; cumq; etiam reſpicienda ſit ſucceſſorum ignorantia.

Quia præterea de dilationibus in beneficiis ſtatuendis in præcedentibus commonuimus, videlicet, quod in primo beneficio datę dilationis in probatorio termino medietas ſtatuenda ſit, & in ſecundo medietas dilationis præfixę in primo iuxta allegati Ritus 71. diſpoſitionem; Illud quis quære-
62 ret, † cur ſcilicet ſit, quod in præfatis dila-

dilationibus conſtituendis per diminutionem gradatim faciendam Ritus procedi mandarit?

Qua in re pro ratione cōſiderari poteſt, quòd ex iuris communis diſpoſi-
93 ne illud receptum circumfertur, † Dilationum prorogationem non poſſe ad maius tempus fieri, quam illud ſit; quod in primo termino ſtatutum depræhēditur, ſed bene vel ad minus: vel ſaltem ad tantundem, vt per Bal. in cō ſi. 101. col. fi. vol. 3. quem refert plures concordantes allegando Gabriel. in li. commu. conclu. in ti. de dilat. concl. 4. Cum igitur in noſtro themate plures prorogationes iure ſpeciali circa primo loco præfixam dilationem concedantur: merito in primo minus tēpus indulgetur, eo quod in principali termino datum fuit, & in ſecūdo minus eo, quod in primo conceſſum extitit. Et ratio rationis eſſe poteſt; nam quāuis in beneficium miſerabilium iuxta plura in præcedentibus dicta Reſtitutio prodeat, non tamen in aliorū preiudiciū per longiores probationes cōcedendas cauſarum expeditiones differendę ſunt, iuxta rub. in Regni conſti. de cauſ. cito termi. nec tales priuilegia

ti ad maiorem negligentiam prouocandi. Vt igitur & cauſæ debito expediretur tempore, ac, vt qui negligentes in dies exiſtunt diligentiores fierent; termini diminutione in pręmiſſis procedi debere ſatis congruenter receptum intelligere eſt.

94 †Verum ex his non immerito dubitari poteſt, quid iuris dicendum ſit, ſi in termino prędicto primi Beneficij, qui modicus eſt, vel in termino ſecundi, qui lõgè minimus dignoſcitur ex prędictis pars priuilegiata pro extruendis probationibus, vel etiam maior aduerſarius in partibus Regni, aut extra nominationem fecerit, quo caſu memorata dilatio nedum inſufficiens eſt, ſed nec etiam eam ſufficere ſugeritur, cogitandum; Num iudex juxta locorum diſtantiam, alium congruentem terminum debeat arbitrari, quo faciẽdę probationes vlterius exquiri, & fieri valeant?

Et in hac quęſtione, licet Ritus inſpecta diſpoſitione nõ alium poſſe iudicantem arbitrari dicendum ſit, cum præciſe de medietatibus cõcludat, vnde aliud præter eius voluntatem non

95 veniat ſtatuendum, † cum iudicis non

ſit,

ſit, æquitate inſpecta legẽ interpretari, ſed principis, aut alterius eius nomine, vt in l. 1. C. de legi. & conſtit.
96 † Contrarium tamen de iure verius eſſe conſiderandum eſt. vnde dicas paria exiſtimari beneficium petenti decernere, nec eidem quoad eius vſum proficere illud poſſe, aut illud pęnitus non concedere vulgata l. non putauit, §. non quęuis, ff. de bo. poſſ. contra tabu. l. 4 §. condemnatum, ff. de dam. inf. & in ſpecie hoc voluit Andr. in conſti. Regni, incip. pœnam eorum, in 3. col. quẽ refert, & ſequuntur Luc. de Pen. in l. quamuis, C. de decur. col. pen. ve ſi. facit. libro 10.
97 † Quemadmodum in ſimili paria ſunt, ſeruum inſtituere hæredem ſine libertate, & illum penitus hæredẽ nõ facere, quod ne deinceps ita fruſtatoriè frequentaretur, cum inſtitutione libertas, etiam nõ adiecta, legis ad hoc emiſſa prouiſione, data cenſetur, vt in l. cum quidam, In princ. C. de neceſſa. ſeru. hæred. inſtituen. & in §. idem iuris, allegato, & inſtitutio. de hæredi. inſtituen. in princi.
98 † Et ſic cõſequenter paria ſunt, nullũ eſſe inſtrumentum celebratum, aut celebra-

lebratum quidem, ſed non vtiliter, quod facit ad ſtatutum de vectig. ex celebratis contractibus perſoluendo, de quo plura dixi in libello meo prætermiſſ. c. 10. Quare ad rem deueniendo; cum de neceſſitate, ita lege mandante, reſtitutio cõcedẽda ſit, vt illam et ei proficiat, cum data eſt, iudex curare debet ne ſuperluſorium eius beneficium dignoſcatur. Nam alias abſurdum eſſet, & impoſſibile, & tamen abſurditas, & impoſſibilitas in dubio in lege vel alia quauis diſpoſitione comprehenſa nõ intelligitur arg. l. fi. C. ad exhib. l. cum in iure C. qui petant tuto. & ca. quanto de iu. iur. cum ſimilib.

99 † Quemadmodum, & poſtremo in termino duorum menſium in compromiſſo ad laudandum præfixo nec vltramarina, vel in partibus facta nominatione, data dilatio, quæ & trium menſium eſſe, poteſt ex pragmatica ſanctione, computatur, vt voluit Bal. in l. cum ipſe de excuſat. tuto. quem refert, & ſequitur Ioan. Petrus de Ferr. in ſua Prac. Papi. in forma productionis inſtrumento. in ver. in termino nume. 2. & alij poſt eum in additio. notati in littera A. & habes per Cauenſem

in

in pragmatica odia, quę inter coniun-
ctos in fine, & hoc ex eo, quia vtile il-
lud tempus intelligendum eſt, & ſic ꝙ
in eo valeant Arbitri de cauſa cogno-
100 ſcere, † & tamen dilatione pendente
iudicis officium cõquieſcere, vulgare
eſt, vt in l. ſiue pars, C. de dilatio. & in
cap. ſignificante de appellat. ergo &c.

Quo ſtante minimè obſtat, quòd in
contrarium conſideratum eſt; Nam
memorata interpretatio habilitate in-
ſpecta ſatis Ritui prędicto ineſſe appa-
ret, vt ex hoc, optimo iure, eam ſuę cõ-
ſiderationi iudex ſubijcere valeat, &
in caſu iam dicto præfatam Ritus di-
ſpoſitionē limitare arg. l. 2. §. poſt ori-
101 ginem, ff. de origi. iur. † Cum eo caſu
pro numero dietarum ſtatutum tem-
pus à lege reperiatur, & ſic præter Ri-
tus diſpoſitionem circa ordinariũ ter
minum, qui iuris dicitur pro qualibet
dieta ſpatium dierum quinque: Vnde
alium terminum pro locorum diſtan-
tia, iudicantem arbitrari poſſe explo-
rati iuris eſt, vt patet in Ritu magnę
curiæ 69. Cur igitur eadē ratione ſub-
ſiſtē te in hoc noſtro caſu eundem ar
bitrari iudicanti impermiſſum dice-
mus? Præſertim etiam cum termini
in

in prẹfatis beneficiis ſtatuendi in illius probatorij locum ſubrogentur, quo caſu ſuccedit Regula l.ſi eum,§.qui iniu
102 riarum,ff.ſi quis cautio.†quod ſubrogatum ſapit naturam illius, in cuius locum ſubrogatur, de qua habes per Menoch.lib.1.de arbit.iudi.q.54.nu.29.&
103 Caſſan.in conſi.35.num.36.†& eo maximè regula prædicta procedere intelligitur, vbi ratio eadem in ſubrogato conſideratur, quæ in eo, in cuius locũ ſubrogatio facta eſt, conſiderabatur, vt per præallegatos Doct.in præcitatis locis: & tamen in caſu noſtro cum rõnẽ verſari, quã diximus in principali per
104 ſupradicta, non eſt incognitum,† atq; ita demum, cũ de hac ipſa re in Sacro Conſilio dubitatum extitiſſet, per Dominos de Cõſilio deciſum refert Matthẹ.ab Affli.in ſua deciſ.124. vbi ad eã alia allegata per Vrſillum videre poteris,& per Ebolitanum in vulgato Ritu 71.nume.8.

105 †Et quia ex ſupraſcriptis in concedẽdis beneficiis terminorũ medietas cõſideratur, illud ſubinde inſpiciendum ſugeritur. Num in cauſis, in quibus termini non præfiguntur, beneficia ipſa peti, & concedi valeant? & in hac qõne,

ne,ne diuagari cõtingat,quod nequaquam illa concedenda ſint, ſuadetur concludendum: nam cum dicatur in primo beneficio cõcedendam primi termini probatorij medietatem, vtiq; eo non exiſtente, non eſt,quòd veniat concedendum, cum quod non eſt,in partes ſcindi minime valeat. Nec præterea ad terminum aliquem legis decurrendi datur facultas, vt in ſequenti quæſtione dicetur,quod ipſum tãdem quemadmodũ valeas exemplificare, ne materię confundantur, atq; bis idẽ repetatur, commodè in 4. conſiderat. ſubiectum reperies,iuxta text.in l.Imperatores,ff. de in diem adiectione, & in §.ius autem ciuile,in fine,cum ſimilibus paribus inſtitut. de iu.natu.gent. & ciuili.

106 †Sed iuxta prædicta præter omnium animaduerſionem cõſequenter quęro,quid iuris, videlicet, dicendum ſit, ſi in cauſis, in quibus termini dantur, nõ dati dępręhendantur,& nihilominus probationes ipſæ receptę ſint,nũ facta ſuper eis publicatione,ſucceſſiue peti poſſent beneficia, eademq; iure cõcedi valeant? & vt rem præſtare incipiamus, pro negatiua reſpondendũ

ex enuntiatis offertur argumentum; Nam cum nullus terminus fuerit cõſtitutus, cuius conſtitutio ad huiuſmodi conceſſionem ſatis exigi videtur, non eſt, vt ſup. cur de eis concedendis tractari poſſit.

Præterea, quòd de terminorum medietate circumfertur enuntiatum, ad 107 formã actus pertinere ſuadetur, † qua remota non eſt, quod ritè fieri intelligatur, cum nec ex æquipolenti iure procedat iuribus vulgaribus.

His tamẽ, & alijs, quę educi poſſent parum attentis, pro affirmatiua ducimus concludendum, & primo illud 108 ſupponatur, † probationes ſine dilatione extructas validas eſſe ex decreto Sacri Regis Conſilij, de quo per Affl. in ſua deciſ. 55. habetur per Bar. in extrauagãti ad reprim. in verbo ſine ſtrepitu nu. 12. Iaſo. in l. admonendi in repeti. nu. 69. Specul. in tit. de dilati. in §. videndum in ver. vtrum. eundem Bar. & Iacob. de Arena in l. in crimine per illum tex. ff. ad leg. Iul. de adult. & alios allegatos poſt Io. de Ferr. in ſua praxi. in forma cap. actoris, in verſ. coram vobis in littera D. fo. mihi 66. & quidem 109 ex vulgata iuris diſpoſitione, † quod

multa

multa iam facta tenent, quę alias faciē da impedirentur. de qua in l. a patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel al. iu. vnde ſi probationes ipſę fauorabiliter admittuntur, vtiq; nō debet iſtę fauor in odium retorqueri. vulgata l. quod fauore de legibus.

Præterea conſiderare licet quòd in caſu propoſito bene terminus conſtitutus intelligitur, cum quæ in eo fiūt, procedāt, probationes, & ſic contentū vices obtinebit continentes, & illud ſubſtinebit.

110 † Verum quis non immerito inſtaret, quòd cum terminus realiter conſtitutus non fuerit, non poterit illius medietas per iudicem in primo Beneficio concedendo decerni, & ſi non in primo, nec minus ratione eadem in ſecundo.

111 † Reſponderi tamē poteſt, tunc ad iuris terminum decurrendum eſſe, qui certus eſt, & dierum viginti, quiq; iure ipſo in noſtro themate datus intelligendus eſt iuxta pragmaticā poſt prę dictas de ordine iudicii, quare illius medietas decerni poterit.

Vel etiam attentari de iure poſſe crēdo verſari in hoc iudicis arbitrium,

nam,

nam, & ſi dicatur in Ritu dādam eſſe
112 medietatem primi termini,† non tamen ſi non detur, procedit Ritus vlterius annullando, quare eo nō attento, ſi aliquid diſponatur vtiliter procedit, vt probatur in l. ſtatutis. vbi Baldus, & Saly. id notant, C. de ſenten. ex breuit. recitand. vnde concludendo pro actus validitate, quòd rectè illum iudex arbitretur, dicendum eſt.
113 †Nec prędictis officeret, ſi diceretur, Ritum in ſe nullitatis clauſulam continere per tex. in l. non dubium, ff. de legib. quòd voluit Freccia in tract. de li-
114 quida. inſtru. par. 8. nu 93. † Nam illud, cum negatiuè diſponit, intelligendū
115 eſt, † cum negatio potentius neget, quam affirmatiua affirmet, vt per Hoſtien. in ti. de elect §. quis poſſit eligere. nu. 7. cum aliis allegatis per Albe. in
116 ſuo Dict. in verbo Negatio, † Imò tantę malignitatis creditur, vt quicquid inuenit, deſtruat, vt per Auguſt. in ſua Dial. & Bald. in Marga. in verbo Negatiua. cum igitur in affirmatiua diſpoſitione verſemur, & in caſu fauorabili, de præfata nullitatis clauſula dubitandum non eſt.

Nec denique, vt ſupra medietatem

primi

primi termini ꝓ forma requiri dicas, cum hoc eò expreſſum deprẹhēdatur, vt certum quid ordinaretur, quò dilationum regina iudicantis mens, in eis decernendis regeretur, & hoc nota, qa alibi tacta non reperies.

117 † Item hic rectè ea cadit diſſoluenda dubitatio; Num tales priuilegiati, eo ſolo, ꝙ priuilegiati ſunt, pinguiores probationes fabricare poſſint: An vero vlterius eis beneficia petere neceſſe ſit? Hanc quęſtionem decidere Gloſator deprӕhenditur in Regni conſtit. incip. Lite legitimè ꝯtextata, ſuperius allegata in verbo, minoris. Nam cum ibi diſponetur, omnia eſſe in termino deducenda, ſubijcitur per Imperatorē, & amplius communi iure non audietur, niſi perſonę minoris, aut mulieris priuilegium, aut iuſta cauſa allegetur. Quorū verborum occaſione prӕfatus Gloſator diſputatum eſſe refert, num iure ipſo, vt dictum eſt, hi tales admittantur, an vero per beneficiorum pe-

118 titionem? † & quòd per beneficiorum petitionem admittendi ſint, cōcludit. & ratio eſſe poteſt, nam cum prędictis beneficia ſpeciali iure decernātur, vtique cum quis ad ea ſe admitti deſide-

rat,illa petere debet,alias,cum eo com
119 muni iure procederetur,† quo quemlibet,etiam priuilegiatum in dubio vti præſumptio eſt,& maximè hoc dicendum ex eo ſuadetur,quòd hodie in Regno, iuxta plenè in præcedentibus tradita, eorum concedendorum cauſa,lęſio inquam, nec probari, nec allegari de neceſſitate debet: quare ſaltim de neceſſitate petenda occurrunt,de qua re habes aliã Gloſam in ordinaria conſtitut. obſcuritatem,in gl. 3. & per Menoc. in conſ. 188. nu 17.

120 † Quod ipſum p̃terea ad Ritus 235. intelligentiam non parum conducere depræhenditur,qui alias allegatus incipit, item, quòd in quamcunque cauſa, dũ ibi dicitur, poſt termini lapſum ſcripturarum preſentationẽ fieri non poſ-
121 ſe,niſi ſub forma ibidem tradita.† verũ in Ritu præcedenti,& ſequenti pro reſtrictione ſubiicitur, ſecus in perſonis priuilegiatis obſeruari. vnde colligitur licere eis etiam poſt terminum ſcriptu rarum præſentationem habere. Quare in terminis huius Ritus eſſet quęrẽdũ,vt ſupra proxima quæſtione, an eo ipſo,videlicet, quòd priuilegiati ſunt, eis ſcripturas poſt terminũ præſentan-

di

di poteſtas ſit, an vero per beneficiorũ petitionem? & iuxta prędicta per beneficiorum petitionem concludas; nam præfata diſpoſitio à iure communi ex-
122 orbitans eſt, † cum eo iure etiam poſt concluſum earum præſentationi locus pateat, vt in c.cum dilectus.de fi. inſtr. quamuis contrarium voluerit Inno. in c.paſtoralis.de cau.poſſ.& propr.quem refert, & ſequitur Bald. in l.nec cauſas, nu. 1. C.de appel.quare quò earum pręſentatio iure ſpeciali procedere intelli-
123 gatur, beneficia petenda ſunt: † licet hodie dicti Ritus diſpoſitio parum obtineat, cum nouiſſima pragmatica ſanctione 53. incip. per Sacrum Regium Conſilium, ſub titulo de officio Sacri
124 Regni Conſilij, † ne dum poſt concluſum ſcripturarum præſentatio haberi poſſit, ſed etiã cauſa fortaſſe introducta: nam a die publicationis liſtę expediendarum cauſarum peremptoriũ ho rarum vigintiquatuor dicitur ordinatum ad ſcripturarum præſentationem excludendam, & ſimilia.

125 † Denique ſi in probationibus conſtruẽdis ex prædictis per priuilegiatos beneficia petenda ſunt, ergo etiam ad ſcripturas poſt terminum præſentan-

das : cum vel inſtrumentis probationes extrui poſſe explorati iuris ſit.l.11. C.de teſtib.l.proprietatis,C.de probat. & l.3.C.de fi.inſtr.lib.10.cum ſimi.

126 †Ac tandem pro Coronide illud adijciendum duxi, quòd & ſi in Ritu 71. præallegato diſponatur, termino in beneficijs pręfixo, elapſo, teſtes tantummodo in termino iuratos examinari poſſe, atque non huiuſmodi, alios non recipiendos, præfata tamen diſpoſitio nequaquā in viridi obſeruatione poſita eſt; cum ordine retroacto etiam citati tantum recipiantur, vt per Ebolitanū in dicto Ritu 71.in fi.& in Ritu 69.in 3. notab.& hæc ad laudē Dei quoad propoſita tumultuariè conſideraſſe ſatis ſit; nam ſi quæ ſuperſunt, alia, ſuis locis, pro mea paruula induſtria ſubijcientur.

Finis Primæ Conſiderationis.

RERVM SVMMAE.

1 *Perſonæ, & corpora quibus concedenda ſunt beneficia in genere, & in ſpecie deſignata.*

2 *Tractandorum ſubijcitur digeſtio.*

3 *Pupillus quot modis in iure conſideretur.*

4 *Omnis pupillus impubes eſt, & non econuerſo.*

5 *Omnis pupillus minor eſt, ſed non econtra.*

6 *Minor quis vſque ad quod tempus dicatur, tàm communi, quàm Regni iure refertur.*

7 *Cum de minore memoratur, de minore ætate ex naturali ſignificatione intelligitur.*

8 *Pupillis, aliiſq; minoribus decerni debere beneficia clarum eſt.*

9 *Læſos reſtituere, & ſuccurrere lapſis publicæ vtilitatis exiſtimatur.*

11 *Pupilli diuina, Canonica, & Ciuili lege fauorabiles ſunt.*

11 *Minores Fiſco, & mulieribus fauorabiliores.*

12 *Minor ætas controuerſa, vti fundamentalis læſionis argumentum, comprobanda eſt.*

13 *Ad quem talis faciendæ comprobationis onus dicatur pertinere, ſub diſtinctione enodatur.*

14 *Minor ætas quibus medijs comprobari valeat, remiſſiuè deducitur.*

15 *Minores per procuratores eorum medio iuramento conſtitutos litigantes, num a beneficiorum petitione repellendi ſint, quæritur.*

16 *In quæſtione præfata multi negatiuam ſenten tiam amplexi, & qui.*

17 *Minor ratione iuramenti maior creditur effe-ctus, ex communi Doctorum ſententia.*

18 *Minores ex præſtito iuramento alias maiores facti etiam non certiorati a beneficiorum pe-titione excludendi ſunt.*

19 *Iuramentum quid ſpirituale eſt.*

20 *In ſpiritualibus minor pro maiore habetur.*

21 *Auth. Sacramenta puberum diſpoſitio ex com muni Doctorum reſponſo nedum in contracti bus, ſed etiam in iudicijs obtinere creditur.*

22 *Ampliatio ad prædictam negatiuã conſideratã.*

23 *Auth. præfatæ diſpoſitio nedum in minori adul to, ſed etiam in pupillo pubertati proximo procedere intelligitur.*

24 *Affirmatiuam ſententiam Baldus ſequutus eſt, a qua vti rationabiliori nõ putatur recedendũ.*

25 *Aduerſus bonos mores non eſt obligatorium præſtitum iuramentum.*

26 *Nec pariter aduerſus bonas, æquas, & rationa biles leges.*

27 *Et multo magis ſi aduerſus eas obliquè protendatur.*

28 *Num iudex iurans de ordinariè in notorijs pro cedendo, pro iuramenti religione teneatur.*

29 *Cur iuramento non obſtante minor ad beneficia admittendus ſit, ſubijcitur.*

30 *Iuramentum non extenditur, vbi non extendi-*

tur

tur conſenſus.

31 *Nec dicitur trahi ad incognita, & ignorata, & cur.*

32 *Ignorans iuramento ligari non dicitur.*

33 *Iuramentum vbi ſimplex eſt, non extenditur vltra actum, in quo interpoſitum eſt.*

34 *Renuntiatio ſtricti iuris eſt, ita vt quamprimum aliquid fuerit operata, reſtingi debeat.*

35 *Veritas fauorabilis cum odioſa fictione concurrens in conſideratione eſt magis.*

36 *Nō eo ipſo quod minor iuramēti virtute maior ſit, eiuſdem afficacia ſagax, prudenſque redditur.*

37 *Quod minor læſus præſumatur in præmiſſis naturalis dictat interpretatio, quæ ciuili diſpoſitione non dicitur ſubuerti.*

38 *Inſtantia data perit argumentum.*

39 *Minor in cauſa poſſeſſorij pro maiore habetur.*

40 *Minori in cauſa poſſeſſorij non denegantur beneficia.*

41 *A deciſionibus ſacri Regij Conſilij in Regno recedendum non eſt, & cur.*

42 *Sententiæ in ſacro Regio Conſilio ſub nomine ſacræ Regiæ Maieſtatis proferuntur.*

43 *Comprobata affirmatiua in minore, ampliatur, vt procedat etiam in muliere.*

44 *Mulier ex Philoſopho bonum conſilium non habet.*

45 *Num minori temporis curſu per iudicij dilatationem*

tionem maiori effecto beneficia competante, quæritur.

46 Mulier ex Regni conſtitutionibus in criminalibus poteſt per procuratorem comparere.

47 Priuilegij cauſa ceſſante, pariter, & indultum priuilegium ceſſare debet.

48 In quibus terminis propoſita quæſtio exaudienda ſit, ſubijcitur.

49 Minor hæreditatem adiens, & maior factus ſe pro hærede gerendo aditionem confirmauerit, ſi poſtea eum pæniteat, initio inſpecto, reſtituendus eſt.

50 Præfata diſpoſitio de ceſſante cauſa enuntiata, vti accipienda ſit.

51 Ceſſante cauſa probabili non ceßat diſpoſitio.

52 Caſus in quo ſpiritus inſufflatio ex inſtãtia perempta non exigitur.

53 Cuique ſumus dolus prodeſſe non debet.

54 A memorata Afflicti ſententia receditur.

55 Ex diuerſis non probatur deductum argumentum.

56 Limitatio ad prædictam contra Afflictum, cõcluſionem.

57 Paria ſunt concluſum eſſe in cauſa, & ſententiam latam.

58 Limitatio antedicta an procedat remiſſiuè.

59 Num actor doloſus termino beneficiorum, tãquam communi vti valeat. remiſſiuè.

60 Minor Doctoratus dignitate inſignitus reſtituendus

endus non eſt.

61 Sex requiſita in Doctore reperienda conſiderantur.

62 Malitia ætatem ſupplere dicitur.

63 Sed & illam ſcientia quoque proculdubio complet.

64 In Doctore non mediocris dignitas conſideratur.

65 Minor Doctor reſtitutionem petens ſuam allegare turpitudinem depræhenderetur.

66 Scientia ſecundum philoſophum eſt de numero honorabilium.

67 Quod de Minore Doctore non reſtituendo dictum eſt, in quibus terminis intelligendum ſit, refertur.

68 De eius quod dictum eſt, intelligentia rurſus.

69 In decimo octauo anno Doctoratus dignitate quis decorari poteſt.

70 In decimo ſeptimo quem poſtulare poſſe dicitur.

71 Mulieribus, quamuis maioribus effectis, beneficia non denegantur.

72 Præfatam concluſionem indiſtincte in omni muliere intelligendam ſubijcitur.

73 Quod nuptui traditis mulieribus non ſint decernenda beneficia; arguitur.

74 Mulieres debilioris conſilij eſſe perſpecte ſunt.

75 Matrimonij nomen vnde deductum.

76 Maritus in vxoris rebus, exceptis receptitijs, apud

apud competentes iudices actiones moue-re poteſt, nulla ab vxore ratihabitione exi-genda.

77 *Quem aliquid facere, aut præſtare poſſe, vti in-telligendum ſit.*

78 *Exemplum in ſupra poſita diſcuſſione, conſide-ratur.*

79 *Vir, & vxor ſunt ſocij diuinæ, & humanæ do-mus.*

80 *Vir mulieris dicitur fortitudo.*

81 *Approbatur ea ſententia, quæ nullo conſide-rato diſcrimine, mulieribus beneficia tribuit.*

82 *Quod in augumentum inducitur, non debet ope-rari diminutionem.*

83 *Minores, etiam in his, vbi parentum non de-fuit authoritas, tamquam læſi, reſtituuntur.*

84 *Mutanda non ſunt, quæ ſemper certam inter-pretationem habuerunt.*

85 *Meretricibus num beneficia concedenda ve-niant, in dubium reuocatur.*

86 *Meretrices in vltimis Ciuitatis partibus collo-candæ, vbi de ratione.*

87 *Vidua luxurioſè viuens variandi forum am-mittit priuilegium.*

88 *Vidua luxurioſè viuens priuatur omnibus pri-uilegijs, tam intrinſecis, quam extrinſecis.*

89 *Firmatur, quæ meretricibus effectis beneficia tribuit ſententia.*

90 *Quod ſpeciali nota dignum eſt, niſi ſpecialiter*

note-

notetur, conſideratum, & deinde neglectum cenſetur.

91 Meretricum vita proprie miſerabilis creditur.

92 Meretrix quæ dici debeat. remiſſiuè.

93 Meretrices cur ab honeſtis locis repellantur, conſideratur ratio.

94 Caſta eſt, quam nemo rogauit.

95 Vbi odium vertitur, ibi reſtrictio conſiderãda.

96 Meretrices ex magis recepta ſententia, variandi forum priuilegium habent.

97 Pro ſupradicta ſententia Sacri Conſilij memoratur deciſio.

98 Eius, in quo quis deliquit, priuilegijs gaudere non debet.

99 Propter delictum quem beneficio ſpoliandum, ad notatum eſt.

100 Meretricibus decernenda beneficia in ſacro Regio Conſilio deciſum refertur.

101 Domini Vicentij de Franchis laus & excellentia.

102 Inter minorem, & mulierem quoad beneficiorum petitionem diſcrimen conſideratur.

103 Minor tutoris, vel curatoris negligentia in probationibus læſus electionem habet, num beneficia petere, vel aduerſus eos agere velit.

104 Et vna via electa altera non tollitur.

105 Mulier à Mundualdo læſa nõ niſi in ſubſidium, & ſic Mundualdo ſoluendo non exiſtente, beneficia petit.

Limi-

106 *Limitatio ad ſupradictam de muliere Concluſionem conſideratur.*
107 *Cur diuerſimode in minore, & muliere circa præmiſſa diſpoſitum ſit, diſſeritur.*
108 *Tutorum, & Mundualdorum diuerſa conditio, & in quibus.*
109 *Aſflictio aſflictis addenda non eſt.*
110 *Omnibus deficientibus ad pupilli ſucceſſionem Tutores admittendos Gloſa pronuntiauit.*
111 *Gloſæ prædictæ dictum cõmuniter non tenetur.*
112 *Gloſæ dictum quo caſu procedere intelligendum ſit, affertur.*
113 *Pro Gloſatoris defenſione Caualcani memoratur ſententia.*
114 *Minores Tutorum negligentia in iudiciorum inſtantia læſi ſupradictam electionem non habent.*
115 *Secundum inter minores, & mulieres diſcrimen affertur.*
116 *Satis expungitur quod conſideratum eſt diſcrimen.*
117 *Tertiũ perpenditur inter memoratos diſcrimẽ.*
118 *Mulieres in iuditijs ad reſtitutionem indiſtinctè non admittuntur, & alia.*
119 *Minores per procuratores læſi quam ſupra notauimus electionem non habent, ſed in ſubſidium ad beneficia admittuntur.*
120 *Caſus, in quo minores aduerſus procuratores non reſtituuntur, refertur.*

Legis

121 Legis eum qui ff. de minoribus, ſubijcitur intelligentia.

122 Tutores, & procuratores per iuris Canonici *Gloſam in materia æquiparatos vide.

123 Tutorum, & procuratorum diſparitas.

124 Eccleſia iure minoris vtitur.

125 Eccleſia nam Prælati, & Oeconomi tutoribus æquiparantur, licet non in omnibus.

126 Minores aduerſus malè conſulentem Aduocatum reſtitutionem non habent.

127 Sibi imputare debet, qui inerudito Aduocato & Procuratore vtitur.

128 Procurator quis eſſe non poteſt, niſi annum compleuerit vigeſimumquintum.

129 Iudex malè iudicans parti damnum paſſæ ad intereſſe tenetur.

130 A proportionabilibus validum eſt deductum argumentum.

131 Medicus per imperitiam ægrotum offendens; ei ad intereſſe condemnari poteſt.

132 Procurator in cauſa Aduocatus nuncupatur, nedum Aduocato ſimilis.

133 Exercitium quodlibet quiſquis inuadat, illud callere ſe proteſtatur, & alia conſequentia.

134 An, & quando aduerſus Aduocatum minores reſtituendi ſint, enodatur.

135 Cui a teſtatore rationum reditio remiſſa eſt, is de dolo inquiri, & puniri poteſt.

136 Filius in paterno teſtamento exhæredatus, ſi pro paterno legatario voluntarie patrocinetur, teſtamentum approbare dicitur, alias nō, & alia.

137 In quæſtione de Aduocato quid dicendum ſit conſcientia inſpecta.

138 Cum Aduocato iudicium fundari non dicitur.

139 Aduocati in quo verſetur officium.

140 Aduocatus medico, & oratori æquiparatur.

141 Medici officium in quo verſetur.

142 Oratoris officium quale.

143 Ad legem cum mandat, ff. de minoribus, intelligentia.

144 Ad textum in l. maior, ff. de procurato. intellectus.

145 Quod in decimoſeptimo anno quis poſtulare valuerit, non recipitur.

146 Ad fictam poſtulationem in decimoſeptimo anno pro inſtructione admiſſos Iuuenes Romanos legere eſt.

147 In decimooctauo vero ad veram, & realem.

148 Eccleſiis clariſſimè in integrum reſtitutio decreta eſt.

149 Eccleſia Reipublicæ æquiparatur.

150 Reſtitutio ad Eccleſiaſticos locos quoque porrigitur.

151 Ab Eccleſia ad Hoſpitale validum eſt argumentum.

152 Hoſpitale, vt locus pius dicatur, quæ requirantur,

tur, remiſſiuè.
153 Orfanotrofium, Noſocomium, Zenodochium, & alia loca ad reſtitutionem ſimiliter admittuntur.
154 Confraternitatibus competere beneficia concluditur.
155 De confraternitatibus multa ſubijciuntur.
156 Confraternitatibus legari poteſt.
157 Eiſque factum legatum ad pias cauſas exiſtimatur.
158 Num clericis in eorum cauſis reſtitutio competat, quæritur.
159 Propoſita ſub diſtinctione reſoluitur quæſtio.
160 Eccleſiarum, & clericorũ bona æquiparantur.
161 Non omnia eccleſijs earumq; bonis conceſſa priuilegia, clericis in eorum bonis debita ſunt.
162 Num clericus laici conuenti forum ſequi teneatur, diſtinguitur.
163 Supradicta principa. concluſio ampliatur, vt nec in bonis, in quarum titulum ſacros ordines receperunt, reſtituantur.
164 Clerici variationis fori priuilegium habent.
165 Dummodo ex conſtitutionum forma perhorreſcentiam iurent.
166 Fiſco, & Reipublicæ dari beneficia non dubitatur.
167 An Fiſcus, & Reſpublica idem ſint, remiſſiuè.
168 Vniuerſitatibus, alijſque licitis corporibus geminata non negatur reſtitutio.

Dictus

169 *Dictio, alius, alia, aliud ſui natura, ſimilium repetitiua.*
170 *Pupilli, & viduæ inter miſerabiles relati.*
171 *Quæ miſeriam incutiant, referuntur.*
172 *Miſerabilium appellatione qui ueniant.*
173 *Miſerabilis perſonæ dijudicatio iudicis arbitrio relicta.*
174 *Etiam vna Regina, ſi ita iudex arbitrabitur, miſerabilis dici poterit.*
175 *Pupilli, & viduæ cur miſerabiles crediti ſint.*

De Primo, & Secundo Beneficio.

CONSIDERATIO SECVNDA.

QVIBVS IN VNIVERSVM BENEFIcia principaliter concedenda ſint, ac de varijs ea denegantibus exceptionibus latiſſimè conſideratur.

QVIBVS autem in vniuerſum beneficia concedenda ſint, cōſequēs eſt, vt pro noſtro inſtituto deſpiciamus: quȩ res, & ſi dubitatione aliqua carere deprȩhendatur, expreſſa iurium diſpoſitione prȩciſa, non tamen eum in modū in vulgus prodire creditur, vt merito hanc noſtram tractationem pœnitus excludat. Quare illud priori loco repetendum eſt, in ante ſcriptis latiſſimè conſideratum, præſumptam, ſcilicet, læſionem in præfatȩ reſtitutionis conceſſione, veluti eius fundamen

tum attendi, quo factũ eſt ne in ea decernenda nimium contenderetur, vt lex ipſa ſua diſpoſitione certas perſo-
1 nas deſignarit,† quibus, vti læſis ea facile, & ſine ſtrepitu concedenda ſit, certas tamen perſonas, vel in ſpecie, vel in genere intelligendo. & quoad prædicta attinet, ſatis quidem in ſpecie deſignatę dicuntur, dum in vulgata pragmatica, Curſu dilationum, in fine dicitur, dummodo ſalua ſint beneficia pupillis, minoribus, eccleſiis, viduis, &c: in genere vero dum ſubiicitur, & aliis miſerabilibus perſonis, cuius miſerabilitatis qualitas multifariam ſpargitur, ac diuerſarum perſonarum dicitur cō-
2 præhenſiua, vt ſuo loco patebit, † & vt interim a nobis ſpecialia præmittātur de ſingulis in ſpecie enuntiatis perſōnis, & corporibus differamus. nam cōmodiſſimè deinceps de cæteris paribus ſub generali clauſula dicemus.

Et primo de pupillis diſceptatio ꝓdeat: verum vt terminis diſcuſſis procedant, quæ in hac ipſa re ſubnectenda ſunt,
3 † Pupillum propriè, impropriè, & impropriiſſimè cōſiderari animaduertatur, ita, vt propriè is dicatur, qui a parentis poteſtate liberatus nondum

dum duodecimum, ſi fœmina, vel decimumquartum, ſi Mas eſt, ſuę ętatis annum compleuit, vt in l. pupillus, ff. de verbor. & rer. ſignific. & habes per Afflict. in conſtitu. Regni incip. l. præſenti, in tit. de dandis aduocat ſub nu. 3. Impropriè qui impubes, ſed in patris poteſtate exiſtens, vt in l. ſi §. pupi. ff. de verbo. obliga. & in l. ſi infanti, C. de iure deliber. impropriiſſimè vero quilibet ſeruus impubes dicitur, vt in l. quem tuberonis, ff. de peculio, quod ſi impubes ſeruus manumiſſus ſit, ꝓpriè pupillus credetur. §. fi. inſt. de leg. patro. tut. vnde illud ex his facilè de-
4 ducitur, † omnem pupillum impuberem eſſe, ſed nō omnem impuberem ordine retroacto propriè pupillum dici per ſupradicta. Atq; in eadem re ua-
5 lidum eſſet dicere, † omnem pupillum minorem eſſe, ſed non econtra omnem minorem dici pupillum, cū etiā quod quis decimumquartum annum exceſſerit, minor exiſtimetur, poſt quē ex iam dictis non rectè quis pupillus
6 nuncupabitur. † Nā & minor quis cōmuni iure uſque ad annum vigeſimū quintum dicitur, vt toto titulo de minori. 25. anno. De iure vero Regni, qđ

vti nouiſſimum nobis hodie attenditur, arg. l. pacta nouiſſima, C. de pac. & §poſteriore .quoq;, inſtit. quemad. teſta. infir. vſq; ad decimumoctauũ intelligitur, vt habes in conſtitutio. Regni allegata incip. Minorum iura. quo tempore alias cõmuni iure plena pubertas extitit conſiderata, vt in §. mi. inſtitutio. de adoptio. & notatur plenè per Doctores in cap. quia in inſulis, de regula.

Verum cum, & de minoribus pariter reſtituendis in recitatis iuribus cõmemoretur, neglecto inter eos in tẽpore conſiderato diſcrimine, de eis in vniuerſum diſpiciamus, cum tum ex
7 ſubiecta materia, † tum etiam ex naturali ſignificatione vocabuli de minoribus ætate hæc noſtra iura de eis commemorantia intelligẽda ſint, quod in ſimili de maiore inductum eſt per Tiraquellum in ſuo tract. primige. queſt. 2. nume. 10.

8 † Pupillis igitur, atque alijs conſequenter minoribus, ad rem propoſitam decurrentes propter ætatis lubricum ad pinguius probãdum, non denegari reſtitutionem, vti potiſſimum eorum cauſa introductam, manifeſtũ

credimus, quibus alias pro cauſarum qualitate diuerſa, multiplici, & diuerſo iuris reſtitutiuo remedio ſubuentū eſt, vt in vulgata Regni conſti. lite legitimè conteſtata, in l. min. 25. ann l. minor aūt magiſtratus, §. ſi aūt princeps, l. ait prætor §. ſed & in iudicijs, & in l. ſi in emptione, ff. de mino. & in l. minorib. la ij C. de in integ. reſtit. mino. dum ibi dicitur. Minoribus in his, quę prętermiſerunt, vel ignorauerunt innumeris authoritatibus cōſtat eſſe cōſultum, quæ, & ſi apud veteres allegatum, contextum præceſſerint, vt qui deliberatè ex eis in noſtro Codice conſcriptus legitur; plures tamē Nouiſſimarum legum conſiderantur vt in dicta conſtit. Minorum iura, item in alia allegata incip. lite legitimè conteſtata, in pragm. incip. qui in cauſa, in fine ſub titu. de expenſis, item in alia inci. inſtantia cauſæ, & in prag. incip. Teſtem falſum, in fine, ſub ti. de falſis, & aliis conſideratis paribus publica ſuggeren
9 te vtilitate conſcriptis: † læſos enim reſtituere, aut ſuccurrere lapſis publicè vtilitatis exiſtimatur, vt per Bart. in l. 1. ff. de in integ. reſtit.

Vt tamen vlterius conſideres illis

10 non immerito conſultum eſt, † cum eiſdem conſulendum tam Canonica, quam diuina proteſtentur, nam, & ſecũdum legem diuinam dicitur Deut. cap. 10 dat iudicium pupillo, et viduæ, Exo. 22 Pupillo, & viduę non nocebitis, quia ſi eos leſeritis, clamabunt ad me, & ego exaudiam eos, & furor meus indignabitur cõtra vos, ſecundum Canones vero hoc dicit: textus in ca. defenſionis, & in capi. in religioſum, 87 diſtinc. & vt ius Ciuile non omittatur, in cuius terminis perantea loquuti ſumus, pro eo legitur contextus in l. penulti. C. de ſeruis pigno. datis non manumit. Ac deniq; adeo eos leges in

11 tuentur, † vt & fiſco, & mulieribus eoſdem fauorabiliores eſſe facile reſponſum ſit, vt habes per Glo. final. in d. l. penul. quòd & inferius ad oculum apparebit.

Quæ ſic firmata concluſio ne dum in minoribus Chriſtianis pcedere exaudienda eſt, per ſupradicta, & infra dicẽda, ſed etiam in minore iudeo: cõſtat enim eos vel ſub eccleſię, vel princi pis ſecularis protectione permanere, vt in capi. ſicut iudęi, de iudęis. & in l. Chriſtianis, C. de Paganis, & in capit.

Re-

Regni, incip. item ſtatuimus quòd Iudęis: Vnde, & iure cōmuni vti debent, ſecundum quòd filios in poteſtate habere, vti ciues Romani, intelliguntur, vt habes per Bal. in l. nam & ciuium, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iu. ut cōcludendo non mirum videri debéat, ſi litigātes reſtitutione iuuandi occurrāt. pro quo vide quæ plenè allegat Foller. in memorato ca. Regni, poſito ſecundum ſuam compilationem ſub titulo de Iudęis.

Conſequenter, & ſi ex prędictis ratione potiſſima venient minoribus decernenda beneficia, illud tamē procedere intelligendum eſt, vbi ipſa minor ætas non negatur. Nam ſi in ea ne
12 quaquā aduerſarius conſentiat, † tunc bene ea ſibi controuerti poſſent, quo caſu licet dicta minor ętas, vti fundamentalis lęſionis argumentum, comprobanda eſſet, vt in pręcedenti conſi-
13 deratione dictum eſt, † tamen ſi non ex aſpectu notoriè maior ætas arguatur, cum pro eo, vti minore per tutorem, vel curatorem litigante, præſumptio conſideretur, ad aduerſarium maioris ætatis comprobatio tranſibit, cum in exceptione præfata actor is in-

telligatur, atq; dicta maior ætas beneficiorũ excluſiua eius exceptionis perſpiciatur eſſe fundamentum, de quo ſatis clarè in quinta conſideratione in fine, videre poteris: intelligendo tamẽ ſecus in cõtractibus obtinere, pro quo adeas glo. ne per aliorum ſtrata diuager, in cap. conſtitutus in verbo conſtiterit, de in integ. reſtitu. & tex. in l. ſi minorem, C. eodem titu. & Gozad. in conſil. 44. nu. 8.

14 † Si vero ad vberiorem cautelam ſuã minorem ętatem, qui in ea cõfutatur, comprobare intendat, quo facile probationẽ rectè deducat allegandos Doctores adire poterit, & quidem primo Bart. in l. de ætate, col. 5. ff. de min. deinde Pet. Io. Anch. in ſua famil. quæſt. 35. lib. 1. Ioſeph. Lod. in deci. Peruſ. 55. nu. 4. Bero. in conſil. 180. Gram. in conſil. 14 in criminal. & omiſſis alijs Maran. in conſil. 12. num. 4. & 5.

15 † Sed, & illud prætere aduerſus minores, quo minus petita beneficia conſequãtur, obijci ſolet, quòd ſcilicet per procuratorem medio eorum iuramento conſtitutum, interdum litigent, cuius virtute maiores effecti exiſtimantur: vnde ad poſitã concluſionẽ limitatio,

tationem primam in ordine tibi poteris effingere, non ita tamen, vt de eius veritate differere nobis auferat occaſio.
16 † Et proinde conſidera Bar. in eam iuiſſe ſententiam in l. 3. ff. de mino. vt prædictam limitationem proculdubio comprobauerit, ſubtraxerit his in ſumma modo prædicto litigantibus beneficia, quem ſequutus eſt Guido Papa in ſua quæſt. 35. incip. Adultus et habetur per eundem Bart. in auth. Sacramenta Puberũ, C. ſi aduerſus vend. vbi Iaſ. nu. 76. & in l. minor. ff. alleg. tit. de mino. vbi cum curatoris authoritate litigandũ admonet, vt pręfata competant beneficia, idem per Imolam in capi. cum contingat, col. 63 in fi. de iure iurando, eundem Iaſ. in l. j. col. 2. ff. ſi quis in ius vocat. nõ ierit. Capp. Thol. in deciſ. 45 & 49 vbi plene per Aufre. in additio. & alijs omiſſis faciunt ſcripta per Boerium in ſua deciſio. 92.
17 † Eorum autem ſententię, veluti lapis angularis, & fundamentum eſt, quòd minor ratione iuramẽti maior credat effectus ſecundùm Bart. & communiter Doctores in d. auth. ſacramenta, & facit text. in l. 1. & quod ibi notatur per Doct. C. eod. titu. allegato, habetur per Ba.

Bal.in conſi.312.vol.2.& Crau.in conſ. 7.nu 3.Sed maiores benefi.non conſequuntur argumento præallegatorum
18 iurium; † ergo neq; & minores ad illa admittendi,alias ex præſtito. iuramento maiores facti,etiam quod de d.virtute iuramenti certiorati non ſint,ut per Crau. in conſ 626.nu. 3.

Quòd autem iuramēti virtute quis maior efficiatur,ex eo comprobari in-
19 telligas, † quòd iuramentum quid ſpirituale eſt,vt in cap.& ſi Chriſtus de iu
20 reiurando, † at in ſpiritualibus minor pro maiore habetur, vt in cap.ſi in anno.extra de iudi.lib.6. intelligendo,vt per Cur.in d.auth.Sacramenta, ſub nu. 35.ergo, & quòd ſequitur.

Sed illud non inconcinnè quis obiiceret, ꝙ & ſi maiores ad beneficiorū petitionem non admittantur,non tamen ad minores ex iuramento maiores effectos hoc extendendum eſt, cū abſurdum ſit eos ſub tali negatiua poſitione includi, vt infra liquebit.

At hi qui Bartoli ſententiam tuentur, etiam hos modo pręfato maiores effectos concludi contendunt,probariq; hoc apertiſſimè in allegata auth.
21 Sacramenta,proteſtantur, † dum eandem-

dem ne dum in contractibus; Sed in iudicijs quoq; obtinere communi doctorum traditione commemorant, & in ſpecie habetur per Bart. Imo. Iaſ. & alios in præcitatis locis.

Et cum hac prædicta ſententia pertraſeundo poſſet ea ampliari, vt ne dũ ꝓcedat in effecto caſu, vbi minor iſte per procuratorem iuramento conſti-
22 tutum litigaret, † ſed etiam ſi non venturum ſe contra proceſſum iuraſſet, vt in pcitatis deciſionibus Tholo. legere eſt, & faciunt alia deducta per Gabriel. in tit. de mino concluſ. num 4. lib. 2.
23 † Secundo, & vltimo ampliatur, vt nedum procedere intelligatur in minore adulto, ſed etiã in pupillo pubertati proximo, ut per Bart. in d. auth. Sacramenta, col. 2. Panormita. in capi. ex litteris, il ij. de ſponſalibus, & Imol. in d. c. cum contingat, col. 57. Reliqua uero ad d. auth. intellectum uidẽda ſunt apud Por. in §. extraneis, nu. 25. cũ pluribus ſequentibus, inſtitutio. de hęredum qualitate, & diffe. ne in extraneis inſiſtam.

Contrariam autem ſententiam, & affirmatiuam in d. auth. Sacramenta Puberum, amplexus eſt Bal. & idem

in

24 in conſil.309.& in conſil.310.vol.2.† a cuius ſententia, tãquam rationabiliori non puto in propoſito recedendũ. & pro ea comprobãda accedat primò,
25 † quòd huiuſmodi iuramentum hoc caſu attendendum non eſt. Nam quẽadmodum illud aduerſus bonos mores præſtitum non creditur obligatorium, & interpoſitum nullius eſt conſiderationis, vt in Regula, non eſt obligatorium de regulis iuris, lib. 6. ita, &
26 pari ratione, † nec præſtitum aduerſus æquas, rationabiles, & bonas leges, vt in l. adigere, §. fi. ff. de iure patron. auth. decernimus, C. de arbitris, auth. Sacramẽtum, C. quando mulie. tut. offi. fungi poſſit, & in auth. quòd eis, C. de nuptijs, quod ex dictorum iurium robore principaliter intelligendum eſt.
27 † vnde multo magis non erit obligatoriũ, ſi obliq; aduerſus eas protẽdatur, quòd ipſum ne exemplo careat, conſi-
28 deretur, † quòd ſi in notoriis iudex ẽt ordinariè procedere iurauerit, huiuſmodi iuramenti virtute ordinarie procedere non compelletur: imo eo non obſtante in notorijs ipſis ſummariè, vt decet, procedere poterit, cum hoc ipſum æquiſſima lege ſugeſtum ſit, de

qua

qua in cap.ad noſtram,il iij.de iureiurando,aduerſus quam iuxta præallega
29 ta non ſubſtinetur iuramentum. † At cum iuſtiſſima lex ſit præterea,& conſtitutio æqui, boniq; arte dictata, qua minoribus, alijſque beneficia decernuntur, vt ex prænotatis patet ad ſenſum:ergo aduerſus eam nec pariter tale iuramentum ſubſtinendum,& multo magis cum ad eam obliquè extendatur, vti illud, quod in procuratoris conſtitutione interpoſitum a minore eſt, alio non conſiderato.
30 † Vnde ſecundo accedat, quod iuramentum non extenditur, vbi non extenditur conſenſus, pro quo facit text. in l.fi.C. de non num.pec. habetur per Bal.in l.1.C.commod.& Alex. in cõſi.
31 28.vol.1.†Nec idem dicitur trahi ad incogitata,& ignorata.l.fi.ff.qui ſatiſ.cog. Cum habere vim renuntiationis perſpiciatur, quæ ſimiliter ad ignorata nõ deducitur,per tex. in l. mater decedẽs, ff.de inoffi.teſt.& in l.Clodius, ff.de ac qui. hære.& habes per Corn.in repe.d. auth. Sacramenta, nu.31. ergo per tale Sacramentum nequaquam præfatis reſtitutionibus renuntiatum intelligendum eſt,cum non ea intentione,& opi
nione

nione a minore præſtitutum fuerit, vt ſibi a iure indultę reſtitutioni renuntiauerit, ſed pœnitus pro ignorante ha
32 bendus eſt, † quem conſtat non ligari iuramento, vt ſupra.

Tertio arguatur fortius, nam, aut per te iuramētum prædictum eſt ſimplex, & particulare reſpiciens procuratoris cōſtitutionem, aut generale, per quod omni ſibi competenti remedio renun
33 tiaſſe minor intelligatur. † ſi ſimplex eſt, nō extenditur vltra actum, in quo interpoſitum eſt: ſi vero generale, tūc
34 eſſet contra communem regulā, † qua cauetur renuntiationem eſſe ſtricti iuris, ita vt quamprimum aliquid fuerit operata, reſtringi debeat, ut minus lædat, quā ſit poſſibile, ut in l. ſi domus ff. de ſeruit. vrb. præd. vbi per glo. Bart. & communiter per ſcribentes, ergo cū tale iuramentum renuntiationis effectum in dicta procuratoris cōſtitutione operatum fuerit, etiam quòd generale illud ſit, minoris ætatis reſtitutionem in alio minori competentem tollere non poterit, illum vlterius, vti maiorem repræſentando, cū reſtringi debeat, ut ſupra.

Quarto, & poſtremo alijs omiſſis ac

cedat-

cedat, quòd ſi iuramētum dicitur quē
maiorē facere, eſt fictio, & quidē odio-
ſa: quod minor, qui iurauit dicatur læ-
ſus, eſt veritas, & econtra fauorabilis;
cum per eam minor beneficium con-
35 ſequatur. Sed ſic eſt, † quòd vbi fictio
odioſa cum realiter fauorabili veritate
exiſtenti, concurrit, non attenditur, cū
ſit veritas in conſideratione magis, &
maximè quia per eā in propoſito actus
ſubſtinetur, arg. textus in §. ſi quis rem
ſuam, inſtitu. de legatis, & in § ſed cū
aliquis, de teſtamentis ordinandis, &
notatur in l. is qui putat, ff. de acquir.
hæredi. & quoad primum facit text. in
l. filio. ff. de lib. & poſth. & quod habe-
tur per Port. in § 1. inſtitut. quib. mod.
teſta. infirm. nu. 12. ergo licet huiuſmo
di iuramētum faciat quem maiorem,
non tamen contra hanc veritatem po-
terit operari, vt ſcilicet eius virtute a
beneficiorum petitione, & conſequu-
tione minor excludatur, ac demum p̄-
fatam æquiſſimi iuris diſpoſitionem
minimè tollere poterit, vt innuit Bal.
in conſil. 201. incip. in prouincia col. 2.
vol. primo.

Qua ſententia hoc modo confirma-
ta, & eadem ex prędictis retenta, non

obſtát in contratium ponderatum argumentum:quamuis etenim ex prædictis optimè credatur diſſolutum, vt tamẽ omnis penitus dubitatio diluatur, in illud ita ſpecialiter inſurgas, quòd licet in certis caſibus iuramentũ d.auth. diſpoſitione quem minorem, maiorẽ faciat, nõ tamen ex hoc ipſo ſequitur, quòd id ipſum aliud, præter actum, in quo habitum eſt, in ſpecie operetur, vt ſcilicet, læſione exiſtente minorem a beneficiorũ conſequutione excludat, tum quia, vt dictum eſt, quam primũ iuramentum ſuum effectum fuerit o-
36 peratum, reſtringendum eſt, † cumq; etiam non ex eo ipſo, quod minor iuramenti virtute maior fit, eiuſdem efficacia ſagax, prudenſq; redit, quo omnis reſtitutionis cauſa, læſio, deperdatur, & in ſumma non valere deductã conſequentiam concludas, vt elegãter declarat Bald. in authẽ. ſi captiui, C. de Epiſcop. & cleric. quem refert, & ſequitur Cur. in d. auth. Sacramenta, ſub nu. 40. in fine.

Præterea eatenus minor ætas in conſideratione eſt, quatenus in propoſito ad læſionem arguendam coniecturã facit: quare ſi ea interpretatiuè tollatur,

tur, non per hoc læſionem auferri cõtigit, quæ ſi non tollitur, non eſt cur de remouenda reſtitutione contendendum ſit.

37 † Ac deniq; quòd minor læſus præſumatur, naturalis interpretatio eſt, quæ ciuilis iuris diſpoſitione nequaquam dicitur ſubuerti, argumento tex. in §. ſed naturalia, inſtitutio. de iure natu. gent. & ciuili, & ſic etiam tali fictione velata in lucem prodire creditur, cum veritas ſit, pro qua ſola in Regno iudicãdum præcipitur, vt cauetur expreſſim in capit. Regni, incip. deteſtantes, in fine.

38 † Et ſi inſtantia perit argumentum, l. quoties, ff. de ſolu. §. pauonum, inſtitu.

39 de rer. diui. illud explorati iuris eſt, † minorem in cauſa poſſeſſorij pro maiore haberi, ut per gl. in l. vnica, C. ſi de momenta. poſſeſ. fuerit appellatum, quam ibidem Bald. expendit, & per eundem Bald. in l. exigendi, de procur. & in l. fi. C. qui legit. perſon. non habent ſtandi in iud. & Iaſ. in allegata auth. Sacra-

40 menta, col. 13. † & tamen eidem in cauſa prædicta conſtat beneficia non denegari, vt per eos, & in ſumma ꝑ memorata affirmatiua in facto reſpõdiſ-

ſe Sacrum Regium Conſilium legere eſt apud Vrſill. in add. ad deciſ. Affl. 114. non obſtantib. per Boer. in citata
41 deciſ. 92. cõportatis, † a qua deciſione in Regno recedendum non eſt, cum in eo dicti Sacri Cõſilij determinationes vim legis obtinere deprahendantur;
42 † ex quo ſub nomine Regie Maieſtatis proferuntur, vt patet in pragmatica incip. Sacrum propterea 6 ſub tit. de officio Sacri Reg. Conſilij, & habes per Afflic. in ſua deciſ. 96. & in deciſ. 383. Bal. in l. fi. C. de legib. & Marant. in conſi. 25. nu. 2.
43 † Quam concluſionem ſic roboratũ ampliabilis, vt nedum procedat in minore litigãte modo prædicto, ſed etiã in muliere; quam in beneficiorum petitione optimã partẽ habere ex ſubijciendis apparebit, quicquid in cõtrarium Thom. Gramm. fuerit commentatus in ſuo cõſi. 92. num. 12. In ciuilibus.
Nec quidem ampliationis prædictę ratio incognita eſt: ea enim ſemper minori æquiparatur, ac minor eſſe intelligitur,
44 † cum bonum conſilium non habeat, vt per Philoſoph. 1. Polit. circa finem, & habetur per Bal. in ca. 1. extra
de

de iudicijs, Nec imbecillitas dicta ſit tempore aliquo peritura, cum in ſexu conſiſtat, quem minimè mutari palā eſt, ſed & mulierum iura proſequere, vt infra latiſſimè ſubiectum habes, cum iſtud obiter hic memoratum ſit.
45 † Sed, & illud pariter, quoad minores attinet, attendendum duximus, num lite inter minorem, & maiorem in lõgum tempus vertente minori temporis curſu maiori effecto beneficia cõpetant? quæ in ratione nõ conſiderato, ab illis excludendum eum cõcludi poſſet, cum tacitè minoris ætatis trãſacto tempore, ab eorum petitione cadere intelligatur, quod vel hac ratione ſuaderi poteſt.
46 † Nam licet mulier ex Regni conſtitut. r. in tit. in quibus cauſis, dum viro copulata eſt in cauſa criminali aduerſus iuris communis diſpoſitionem, de qua in capit. veniens. de accuſatio. per procuratorem valeat comparere, vt memorat Bartol. de Capua in ſuo ſing. 104. tamen merito mortuo extemplo
47 procuratoris factũ conquieſcit, † quaſi quod priuilegij cauſa ceſſante, indultum pariter priuilegium intermitti debeat. l. Titia, §. vſuras, ff. de leg. 2. & ha-

bes optimè per Lucam de Penna in l. hac lege, nu. 4. C. de priuileg. Scolar. li. 12. nō igitur diſſimili ratione in quæſtione ſubiecta, ſubſiſtente, illud, vt ſupra ſugeritur concludendum, minori, videlicet, ętate ceſſante, ſtatim petitionis prędictę priuilegio aditum pręclu ſum intelligi.

Quicquid tamen ſit contrarium
48 credimus rationabili⁹ procedere, † intelligendo tamē propoſitam quęſtionem in terminis iam ſubnectendis, & ſic quòd vel minoris ætatis tempore extructę probationes fuerunt, vel ēt eo adhuc minore exiſtente, cucurrerunt extruendarū ꝓbationum tēpore. Quibus ſuppoſitis ſi ea his maioribus effectis, non concederentur, illud in prima conſideratione ſatis firmatū ſubuerteretur, quòd dictum eſt, maiori; ſcilicet, minori ſuccedēti beneficia non denegari. Ne igitur per veritatis deſtructiua decurramus, pro iam dicta affirmatiuâ reſpondendum dicimus, ideo etenim maioribus in minorum locum ſuffectis ea miniſtrantur, quia in probationibus tempore prædeceſſoris minoris extructis, vel etiam omiſſis, læſio ſubeſſe ſatis euidens intelligitur,

tur, quæ per maioris ſucceſſionem minime creditur purgata, ita & non impari ratione in factis probationibus ꝓpter ætatis lubricum introducta læſio, non poteſt per ſubſequutam maiorem ætatem ex dilatato litigio purgata intelligi, ergo, & quòd ſequitur.

Ad quòd preterea non parum facit, quòd alias traditum eſt, quòd ſcilicet,
49 † ſi a minore adita ſit hæreditas, & poſtea maior factus exigendo hęreditatis iam factā aditionem comprobauerit, vt in l. gerit, ff. de acquir. hæredit. Bart. in l. frater a fratre, ff. de condit. indebi. & Matthe. in ſuo ſingul. 35. in addit. Si ſubinde pœnitentia ductus reſtitui petat, quòd initio inſpecto is reſtituendus ſit, & ſic quia dum adiuit imbecillitate ætatis lapſus fuit per tex. in l. 3. §. ſcio, ff. de mino. & habes per Romanū in l. pupillus, ff. de acquir. hæredit. ita igitur, & non impari ratione, cum in poſito caſu tēpore minoris ętatis aduerſus hunc, modo maiorem effectū, pręfatum lęſionis vitium extructum ſit, fueritq; ad illud purgandum, ad beneficia admittendus eſt.

Qua ſententia hoc modo procedēte, non obſtat, quòd in contrarium cō-

50 ſiderandum eſt, † nam præfata iuris diſpoſitio de ceſſante cauſa enuntiata, illam habet intelligentiam, vt eo caſu proculdubio exaudienda ſit, vbi quoque deductę cauſæ effectus intermiſſus eſt, ſecus, vbi in eſſe deductus perſeuerat et i per tex. in l. fi. in prin. ff. vnde liberi, cum alijs pleniſſimè allegatis per Tiraque. in tractatu ceſſante cauſa, limitat. 12. in principio, quare cum in præfatę mulieris maritatę priuilegio cauſa ceſſauerit, & ſimul cum ea effectus, vtputa decus matrimonij & maritalis illa ſubiectio, ipſum priuilegiũ ſtatim auferetur; At læſio ipſa in caſu noſtro, minoris ætatis effectus, etiam minori ætate ſublata perpetuatur in eius, qui illam admiſit, præiuditium, ergo merito obtinendę reſtitutionis tribuit vlterius facultatem.

Prætereà dicta minor ętas p̃fatę reſtitutionis decernendę probabilis tantũ cauſa intelligitur, quatenus, videlicet ex ea læſio ipſa præſumitur, quo caſu

51 ſuccedat alia doctorum traditio† quòd ceſſante cauſa probabili nõ ceſſat diſpoſitio, vt voluit Bal. in l. 1. col. 5. verſ. itẽ an ceſſatio, ff. ſolu. matri. per textum in l. proſpexit, ff. qui & a quib. quod proſequere,

ſequeres vt per Tiraq. in loco citato limitatio. 6. ergo, &c.

Succeſſiuè pro hac quęſtione plura allegare depræhenditur Afflictus in ſua deciſio. 2 10. & in ſumma illud concludit, quod ſi aduerſarij maioris fraude, & dolo lis fuerit protelata, vel etiã
52 Iudicis facto, † quo intercedente in expeditione cauſæ iam concluſę ante duos menſes, quam labatur inſtantia, in aliam perpetuatur, abſq; eo, quòd ſpiritus inſufflatione opus ſit, vt in vulgata Regni pragmatica Sanctione incip. inſtantia cauſæ. Nam hoc caſu, ad rem redeundo, potiſſimum læſione procedente quod maior effectus ſit, conſiderari non debet; imo agẽdum, & prouidendum eſt, ut læſio iam per dolum,
53 fraudemve ĩducta tollatur, † ne cuiquã ſuus dolus proſit cũ tanta alterius iniuria in proprio, & ſibi competenti beneficio deſtituti, pro qua Afflicti concluſione legitur in terminis text. in l. denique, §. ſi quis cum minore, ff. de mino. & in l. intra vtile, ff. eo. ibi perinde cognoſci, ac ſi nunc intra ætatem eſſent.
54 † Non tamen re perpenſa à ſupraſcripta cõcluſione ducerem recedendum,

nam tex.per Affl. allegatus in eo verſari depræhenditur, vt de reſtitutione lo quatur ad reſcindendum iam iam ſopi tum iudicium concedenda, hic vero de repetendis, tantummodo probationibus agimus, quas ampliari debere iura teſtantur, præcipiuntq; necuiq; probationum defectu ius ſuum deficiat, vt in vulgata pragmatica, diſpendia litiũ,
55 † & in sũma diuerſa ratio ſubeſſe intelligitur, vnde nequaquam probandum argumentum, iuxta vulgaria.
56 † Ea tamen hoc modo comprobata reſtringenda eſt, vt non procedat in caſu, in quo eo adhuc minore, in cauſa, in qua beneficiorum petitio fit, con cluſum fuiſſet, nam tunc ab eorum petitione legis miniſterio excluſus cenſeretur, vt quæ concluſione iam facta, beneficia amplius petere petendi facultatem habentibus nõ permittit, eo ſiquidem caſu illis renuntiatum intelligitur, ac iudiciũ pro finito habetur, quare iterum inſtaurari non debet. l. fi.
57 circa fi. C. de fi. inſtr. † paria etenim eſſe putantur concluſum in cauſa, & ſen tentiam latam eſſe, vt per Bald. in d. l. denique. §. ſi quis. & Bar. in l. ſi mater, §. eandem, in fi. ff. de excep. rei iudic.

quos

quos ſequitur Marcus Mantua in ſuo ſingu.25.num.4.

58 † Quæ tamen limitatio hoc modo cõcepta, an hodie in iudiciali obſeruatione verſetur, in quinta conſideratione pleniſſimè explicatum exquiras, ne materię adinuicem confundantur, atque bis idem paruo in volumine repetatur.

59 † An vero doloſus iſte maior, de quo in ſupraſcripta Afflicti concluſione termino per minorem obtenti beneficij vti valeat, videas in Tertia conſiderat. vti loco commodiori, vbi de maiore ſermo eſt, num.67.

Vnde illud pro coronide loco ſubnectendum duxi, quòd & ſi ex prędictis minoribus cõpetere beneficiũ ſit

60 clariſſimum, † illud tamen in minore Doctore non procedere intelligendũ eſt, vt per glo. ſingularẽ.in l.profeſſio. C.de muneri.patrimonia.lib.10. & eſt tex.in l.5. C.qui, & aduerſ.quos, vbi optimè hoc ipſum deciditur per Bal. nu. 3. Bart.in l.ſed, & reprobari, ff de excu. tuto. Marcum Mantuam in ſuo ſingu. 520.in fine, et Aluiſium de Albertis in

61 ſingul.87. † Nam, & in Doctore ſex illa prę ſumuntur adeſſe, de quibus per Panormi-

normitan. in capi. propoſuiſti, col. fin. de probatio. ſcilicet docendi peritia; Facundia dicendi, ſubtilitas interpretandi. Dictorum copia, morum excellentia & virtus fortitudinis, quæ omnia facilè reſtitutionem omnem tollunt: non etenim perſona ſimpliciter minoris ad beneficiorum decretationem iudicis excitat miniſterium, ſed in ipſis probationibus præſumptiuè admiſſa læſio.

62 † Præterea ad hoc idem facit, quòd quemadmodum malitia dicitur ſupplere ætatem, ac quem maiorem repræſentare, vt in l. ſi alterius, C. ſi quis ſe maio-

63 rem dixerit, † ita pariter, & ſcientia illam ſupplere creditur, vt per Bal. loco citato; at qui maior eſt, principaliter intelligendo, beneficia habere non poteſt, ſequitur ergo quod dictum eſt indubitatum.

64 † Denique hoc ipſum quã maximè ſuæ refragaretur dignitati, quæ ex præſumpta in eo ſcientia, non mediocris eſt, vt per Bart. in 1. conſtitut. Codicis, col. 3. & Panor. & Io. de Anan. in c. quanto, de magiſtris, & habes per Crau. in con

65 ſi. 126. nu. 7. † Imò ſi Doctor quis reſtitutionem petere attentaret, ſuam profecto

fecto allegaret turpitudinem: nec honorem aliquem amplius mereretur; cũ ſcientia ſit, quæ ei honorẽ impartitur,
66 †vt quæ ſecundum Philoſophum 1. de Ani. de numero honorabilium eſt. Vnde nec nobilis amplius intelligendus eſſet, & poſſet fortaſſe tanquam Doctore llus ſub Doctoratus dignitate ſpoliari, vt per Bar. in l. Gramm. C. de profeſſor. & med. lib 10.
67 †Intelligendo tamen dictam concluſionem in probationibus extructis tẽpore, quo erat Doctor, nam ſi alio multo anteriore tempore illę extructę fuiſſent, ſecus dicendum eſſet: conſtaret. etenim hoc caſu per ſubſequutam in legali diſciplina cognitionem, læſionẽ iam admiſſam non eſſe purgatam, non ſecus ac in minore curſu temporis maiore effecto, ac in maiore ſuccedẽt, minori, adnotatum eſt in præcedentibus.
68 †Ac denique quemadmodum quæſtio prædicta intelligẽdá ſit ex alio nõ bene conſtat: quare conſiderandũ eſt primo eam optime procedere iure cõmini inſpecto, cum iure præfato minor ętas vſq; ad vigeſimumquintum
69 annum protrahatur, † ac quis in decimooctauo Doctoratus inſignibus valeat

leat decorari, vt in l.pri.de poſtulando.

Regni vero iure inſpecto res ſine difficultate non tranſit,nam,& vno & eodem tēpore, quo quis maior factus creditur,in Doctorum gradū, ſeu numerum habilitate procedente referri poteſt, & ſic in decimooctauo, vt in vulgata conſtitutio. Regni minorum iura.

Niſi ex iuſtinianeo contextu in §.fi. in quibus ex cauſ. manumitt. licet, vel
70 non† in decimoſeptimo anno, quē poſtulare poſſe conſiderare velis, cū quo Iacob. de Are.conuenire reperitur, vt in ſubijciendis apparebit, vel etiam,niſi proximum Doctoratui illum velis intelligere, quo caſu pro Doct.habetur,iuxta text. in l.filiusfamilias,ff.de mil.teſt.cum vulgaribus aliis.

At nunc de minoribus, & pupillis dicere intermittamus, nā quæ deſiderantur cætera alibi commodius proſequemur: Quare, ut de mulieribus
71 differamus, conſequens eſt, † quibus ſucceſſiuè, quamuis maioribus factis, vt non denegari beneficia explorati iuris eſt,ut patet in tex.in vulgata conſti. obſcuritatem, vbi ad id gloſſator allegat in vulgata conſtitutione ſite legitime

72 mè cõteſtata bonum contextum, † prę
ſatam ſententiam generaliter intelli-
gendo, & ſic ſiue vidua ſit, ut quę vi-
ro nudata permanet, vt in c. vidua, 34.
diſt. & per Panor. in c. ex tenore, de fo-
ro comp. in fi. aut alias illum habet, ſed
inutilem: vt per Glo. notab. in l. fi. C. ad
leg. Flau. de plag. & facit text. in c. 2. de
transla. prӕla. quibus addo plenè tradi
ta per Cou. in lib. prac. q. c. 7. ſiue con-
ſequenter adhuc non nupta ſit, vel ẽt
viro actualiter coniuncta, de quo, &
plenè habes per Dom. de Franc. in ſua
deciſ. 100.

Verum circa prędicta quemlibet aſ-
ſentiri animaduerto, in eo videlicet,
quod de vidua primum, ac ſecundo
de non nupta, vel cęlibem vitam du-
73 cente dictum eſt, † in tertio tamen de
coniugatis non bene conuenire conij
cio, primo in contrarium conſideran-
do, quod, & ſi obſeſſus fragilitatẽ con
ſulendũ mulieribus conſultiſſimi prin
cipes deduxerint, vt in conſtit. Regni
74 mulieribus, † cum debilioris conſilij
pſpectę ſint, vt in l. aſſiduis, C. qui po-
tiores in pign. hab. & in l. ſi mulier, C.
ad vellei. & in l. cum multę, in prin. C.
de donat. ante nup. cum ſimil. attamen
fra-

fragilitas hæc, quoad mulierem nu-
ptam attinet, cum mariti, filiorumque
75 præſidio ea muniatur: † vnde matri-
monij nomen deductum intelligis, ſa-
tis euidenti demonſtratione tollitur:
cũ quodammodo in re propria verſari
maritus intelligatur, vt in l. fi. §. ſanci-
76 mus, C. de pact. conuentis; † dum ibi
dicitur, licentiam autem marito dari
eaſdem actiones mouere apud compe-
tẽtes iudices nulla ratihabitione ab eo
exigenda, & ergo ob prædicta cur ad
beneficia ea admittenda ſit, non bene
conſtat; Præſertim cum iure cautum
77 ſit, † nedum aliquid facere quem poſſe
intelligi, qui per ſe facere poteſt; ſed ẽt
eum, qui licet per ſe non poſſit, poteſt
78 tamen per alium, † vt in eo, qui ſoluen-
do dicitur, tam ſi per ſe ſoluere poteſt,
quam ſi per alium, vtputa quia idoneũ
habeat, dederitq; fideiuſſorem, vt in l.
ſi plures, § præterea. il ij. ff. de fideiuſſ.
& habes per Decium in l. nemo dubi-
tat, ff. de regulis iuris, quod cum ita ſit,
79 quis inficiabitur in propoſito caſu † vi-
ri, & vxoris diuina, & humana proce-
dente ſocietate per viri perſonam mu-
lieris defectui prouideri, & in cunctis
80 ſuppleri fragilitatem, † cum fortitudo
ſit,

ſit, vt in cap. non moechaberis. 32. q. 6.
Conſequenter, ſatis nuptæ huiuſmodi iure a beneficiorum petitione excluſę eſſe videntur; licet non omnes ex ſupradictis, ſi ad dictam pragmaticam dilationũ curſui, habeatur animaduerſio, dum ibi dicitur, in cauſis autem pupillorum, minorum, eccleſiarũ, viduarum, & aliarum miſerabilium perſonarum: ſalua ſint beneficia, & quæ ſequũtur, quare cum viduis competere ea ibi dicatur, quarum ſignificatio nequaquã incognita eſt, ſatis nuptæ, & rationabiliter excluſę intelligentur, l. cum prætor in princip. ff. de iudic. cum nec miſerationis ratio in eis locum habeat, ne quis ſub miſerabilium appellatione eas comprehendat.
81 † Quicquid tamen, ſit contrariam ſententiam propter legum de hac ipſa re loquẽtium generalitatem, expeditam in iure procedere, dubitare non oportet: quare cũ generaliter cõceptę ſint, generaliter veniũt intelligendę, cumque etiam inter nuptam; & viduam, non diſtinguant: vnde neque, & nos diſtinguere debemus, vulgata l. de pretio, ff. de publicia. & præſertim matri-
82 monij fauore † quod cum in augumẽ-

tum contrahatur, diminutionem operari non debet l. falſa, § 1. ff. de condit. & demoſtratio.

Neque poſitioni prædictę obſtare aliquo pacto in contrarium conſiderata intelligere eſt, & primo non officit ex viri præſidio extructa præſumptio, & ex eo, quod eius caput uir exiſtat. Nam vbi perfectio re ipſa exigitur, eandem præſumptiuè adeſſe non ſufficit, vnde eſt eum merito ſoluendo dici, qui per ſe ſoluere non poteſt at commodè per alium, quia cum affectu dicitur ſolutio fieri, & non præſumptiuè, prout in ꝓpoſito; quę pręſumptio matrimonij fauore pęnitus excludenda eſt, quare prima ſubſiſtente fauorabili, meritò eis quoq; beneficia in cauſis decernuntur; † cum, & minores, etiam vbi parentum authoritas interpoſita eſt, ad reſtitutionem admittantur, vt in l. etiam, ff. de minoribus.

83

Nec denique obſtat, quod dictę Pragma. diſpoſitione excludi deprehendantur, nam, & ibi non priuatiuè Princeps loquitur. Sed ſe ad Regni conſtitutiones, & alia iura huiuſmodi beneficia deferentia, remittit, dum ſubijcit, ſalua ſint beneficia de iure, vel ſecundũ formam

mam conſtitutionum, & capitulorum
eis cõceſſa, quibus propter eorum generalitatem nuptas non repelli, Lippis, & tonſoribus liquido dicimus cõſtare; & hanc in ſumma præfata iura ſemper interpretationem habuerunt:
84 † quare ad aliam protrahẽda non ſunt: l. minimè, ff. de legibus, & vide in actu practico Anton. Capic. in vulga. deciſ. 109. vbi ſecundum hanc ipſam ſententiam facti ſpeciem conſiderat.

Et quia ſine diſcrimine tribui mulieribus propoſita beneficia expoſitũ
85 eſt, † quid in meretricium exercẽtibus mulieribus dicendum, non credimus liquido conſtare. quare quò omnis in præmiſſis dubitatio decidatur, ſuper hoc ipſo noſtra non intermittatur inueſtigatio. & primo quod excludendę illę ſint, conſiderari poteſt, eas cõmunes ciuitatis vaſtatrices eſſe ne dicam ſtudiorum, quod, & tu bene noſti, & conſequenter priuilegio aliquo cohoneſtandæ nõ ſunt, nec prædicta beneficia deferẽtium legũ includi diſpoſitione generali, vt ſemper eas miſeria co-
86 mitetur: † vnde illud lege diſpoſitum eſt, vt in remotioribus ciuitatis partibus diuiſim commorari debeant, vt in

l.minimæ C.de epiſcop.aud. quam ad hoc expendit Io. Arnon.in ſuo ſingu. 67.& in l.ancillarum, ff.de peti. hęred. cum aliis allegatis per Boer. in conſil. 4.num. 54.& in Regno de hoc legitur conſtitutio inci.quæpaſſim, poſita ſub tit.de ſubmota conuerſat.inter bonas fœminæ quæſtuoſę.

87 † Pręterea, & ſecundo accedat viduã luxurioſè viuentem variandi forum amittere priuilegium, vt per Andræ. in conſtit. Regni, incip.ſtatuimus,ſub titu.de officio Magiſtri iuſtitiarij, col. 1. quem refert, & ſequitur Afflict. in conſti. Regni incip.l. præſenti,ſub nu. 5.in tit.de dand.Aduocatis, quam etiã ſententiam dicit firmare Luc.de Pen. in l.3.C.de priui. ſcho.li.12 col.2.quos deniq; refert, & ſequitur Tolet.Coua. in d.lib.pract.queſt. c.7. col. 1 vbi alia edixerit pulcherrima, ergo ad rem redeundo, idem, & in caſu noſtro cõcludendum.

88 † Tertio,& vltimo,alijs omiſſis idem comprobari poteſt, ex eo quod interdum adnotatum eſt,viduam luxurioſe viuentem priuari omnibus priuilegijs,tam intrinſecis,quam extrinſecis, vt loquitur Bal. in l. his ſolis. C. de reuocand.

uocand.

uocand.donatio. ergo nequaquam ad huiuſmodi beneficia vti in tali generali priuatione compręhenſa admittetur,& multo magis ſi publice meretricetur.

89 †At his,& alijs,q̃ pro huiuſmodi negatiua ſentẽtia conſiderari poſſent, parum atentis, affirmatiua ſentẽtia,quæ præfatis quæſtuoſis mulieribus beneficia tribuit,iure munita meliori exiſti-
90 mat̃,& primo pro ea conſidera,†ꝙ illud,qđ ſpeciali nota dignũ eſt,niſi ſpecialiter exprimat̃,ſatis cõſideratum ,& deinde neglectũ cenſetur, ut in l. item apud,§.hoc edictum,ff.de iniurijs,ſed iura præfata beneficia deferentia generaliter concepta ſunt, & ſic mulierum honeſtate, vel turpitudine non conſiderata, quod maximè in ſpecie conſiderandum veniebat, ſi illud lex attendere voluiſſet,ergo non cõſideratum, neglectum cenſendum eſt: vnde indiſtinctè mulieribus decernenda beneficia conſequens eſt.

Inſuper,& ſecundo quatenus quod dictum eſt,non ſubſiſteret, quòd ſatis de iure procedere indubitatum credimus,vlterius conſidera, quod cũ aliis miſerabilibus ſub generali clauſula ea

concedenda mandentur, valde miſera bilium appellatione præfatę continentur, & quidem in potiſſima miſeriæ
91 conſideratione,†cum earum vita propriè miſerabilis credita, ſit vt ſcripſit ber. in l.fœdiſſime, C. de poſtlim. reuerſ.& redempt.ab hoſtib.ad cuius rei
92 comprobationē, † quęnam meretrix dicatur,exquiras apud Lucam de Penna in l.quemadmodum,C.de agric. & cenſi.li.11.col 5.& Pano.in c.cum decorem.ante finem, de vita,& honeſta. cler. ergo, &c.

Denique,& tertio,quò prędicta ſententia ſine dubitatione tranſeat, conſiderandum eſt, cauſam ipſam,ob quam conſtat beneficia concedi, huius maleficij intuitu à præfatis quęſtuoſis mulieribus non remoueri. quod ſi ita eſt, cur de ſuperinducta diſpoſitione neganda diſputandum ſit non apparet; pręſertim cum in contrarium,nec lex, nec conſtitutio aliqua quouis modo loqui depræhēdatur, prout in contrariorum diſſolutione dilucidabitur magis,ergo, &c.

Quare huiuſmodi procedente ſententia ex prędictis,parum obſtare pro negatiua ponderata contraria intelligere

gere eſt,& primo licet præfatę ab honeſtis locis repellantur, nō per hoc ad rem noſtram ex eo congruenter infer
93 tur.† peculiari etenim ratione ſancitū illud, ſuadetur expreſſim, & ſic neque honeſtæ, & caſtæ ſunt, quarum quàm breuis ſit numerus, Deus ſit, earum vitioſo commercio corrumpātur, iuxta illud Apoſtolicum, corrumpunt bonos mores colloquia mala, & facit tex. in l.ne quis, C.de Iudęis, & in prag. Regni prima ſub eodem allegato titu. cui illud ſimiliter Virgilianum in Bucolicis iactatum reſpondet.

Morbida facta pecus totum corrūpit ouile. vix etenim poſſibile eſſet carū conuerſatione pro corruptela eas non rogari; cum omnes ſibi ſimiles eſſe velint, quas ſi rogatas mihi effingas, inhoneſtas pariter, & corruptas
94 dices, iuxta illud Ouidianum.† Caſta eſt, quam nemo rogauit. quæ ratio, cū in ſuppoſito caſu non militet, in tam odioſa materia extēſio aliqua permit-
95 tenda non eſt,†quam potius reſtrictionem recipere frequētius notatum habes in l. cum quidam, ff.de lib.& poſthu.& in c. odia, de regu. iur. lib.6.

Minus ſubinde, quoad p̄dicta eis of-

ficit, quod de variandi forum eiſdem negato priuilegio adnotatum eſt, nam
96 ſi res ipſa intimius attingatur† ad illud pariter, contraria, magiſue recepta Do
67 ctorum ſententia admiſſę fuerunt,† & tandem, ne vlterius vagari contingat, ſacri Regij Conſilij Decreto eiſdem illud in facti contingentia indultum eſt, vt per Dominum de Franch. in ſua deciſio. 233. in nouis, ergo, &c.

Nec denique quod de vidua inhoneſtè viuente dictum eſt, in conſideratio
98 ne verſari debet: † nam rationi conſonũ eſt, quod eius, in quo quis deliquit,
99 priuilegijs gaudere non debeat:† cumque propter delictum priuilegio, ſeu beneficio quem ſpoliandum adnotatum ſit, vt in l. auxilium, §. in delictis, ff. de mino. cum ſimilibus allegatis per Menochi. in conſil. 31. incip. nimis graue, volum. 1. quod tamen in caſu noſtro abeſſe intelligimus; cum imo, ordine retroacto, maior, cur ea cõcedẽda ſint, ratio depræhendatur. Nam ob ſeſſus fragilitatem, & ex ea præſumptam læſionem cõſtat ea concedi: ergo multo magis eis meretricibus effectis concedenda ſunt: non enim honeſtas, ſed læſio reſtitutionis prædictę cauſa effingi

tur.

tur. At huiuſmodi mulieres in longè maiorē fragilitatem, & miſeriam ipſę miſeriſſimę ex tali meretricio deductę credūtur. quare neceſſario quouiſmodo in iudicijs experientes ad illa petita
100 admittendę ſunt, † atque ita demum, de hac ipſa in ſacro Conſilio introducta controuerſia, per præfatum conſilium deciſum extitit, reuocato magnę Curię decreto, ſuper ea antea in contrarium prolato, vt optimè commemorat idem Dominus de Fran. in loco
101 proximè citato, † quem tandē ſua tot merita notiſſima mūdo in huius Neapolitani excelſi Prætorij Principem locum euexerunt.
102 † Illud tamen pro Coronide omittēdum non eſt, inter minorem, & mulierem quoad beneficiorum petitionem creditur, pertinere non cōtendendum
103 diſcrimen conſiderari: † nam, & minor, ſi per tutorem, & curatorem eorū negligentia in probationibus lædatur, pro ſuo arbitrio, altero de recenſendis remediis ſibi proſpicere poterit: & ſic vel beneficia petet & iam admiſſam illorum negligentiam ſupplebit: vel aduerſus præfatos, vti negligentes, perſonali actionę agendo recurſum pro eo,

quod ſua putauerit intereſſe, habere poterit, vt in l. 3. & in l. etiam tutoribus C. ſi tuto. vel curat. interuе. & in l. intra vtile, §. vendentibus, ff. de mino. & facit tex. in l. neq; Imperatores, eodem tit. & in l. neque interdicto, ff. de regu. iuris, & nouiſſimè habes in Pragmat. Regni 54. in fine, ſub tit. de offic. Sacri Regij Conſilij. illo inſuper aduertendo,

104 † quod vna via electa, altera non perimitur, d. l. etiam, in fine, quibus adde plura allegata per Caualcanũ in tractatu de tutore, & curato. pagin. 66. nu. 101.

105 † At vbi per Mundualdum mulier ledітur, ea ſub diſtinctione ad beneficia admittitur, & ſic, quod aut Mundual. in probationibus negligens ſoluendo non deprehenditur, & tunc mulieri non denegari reſtitutionem, dictum eſt: aut vero econtra ſoluẽdo effertur, & tunc in illum abſolute recurſum habebit, vt expreſſe in d. conſtitu. obſcuritatem ſtatuitur, & in Repertorio Io. Andreę, in verbo, minoribus, ver. nota ex glo. vbi videas.

106 † Fallit tamẽ quod dictum eſt, vt nõ procedat, ſi ex Mundualdi ſimplicitate hoc damnum mulier paſſa ſit, nam cum ſimplicitatis ratione is excuſetur,

indi-

indiſtinctè mulier, minoris inſtar ad reſtitutionem admittetur, vt patet in d. conſtit. obſcuritatẽ in verſ. item ſi propter nimiam, intelligendo, vt ibi per gl. in 3. col. verſ. item, quod hic dicitur.
107 Verum ad notatum diſcrimen redendo, ſi quis diuerſitatis prædictę rationem exquirat, ea clariſſima eſt, quam ibidem gloſator cõſiderauit verſ. ſi autẽ queris, hoc ſcilicet ideo diuerſimodè
108 diſpoſitum eſſe, † quia diuerſa tutorum, curatorum, & Mundualdorũ cõditio ſit: nam quoad tutores, & curatores attinet, cum ad tutelam, vel curationem ipſam ſubmouentur, ad onera vocari credentur, vt in § ſi inſtitu. de curato. quę non niſi ex cauſa iuri approbata, vel ſaltim probabili, recuſare poſſunt, vt toto tit. in inſtitu. & Pandectis de excuſatio. tuto. & curat. nec pariter commodum aliquod ex eorum adminiſtratione conſequuntur; Mundualdus vero in mundio exercendo in lucro eſſe creditur, nam, & partem compoſitionis conſequitur, dum ea ob illatam mulieri iniuriam fit, ac etiam eidem per Mundium ſuccedendi facultatem habet, vt in longobarda prima, in ti. de raptu, & in longobarda, ſi quis
puel-

puellam in tit.de ſponſalibus,& habes per Pandum in commen ad Ritum in 2.parte,declaratione 18.Quare maiorē diligentiam eum adhibere debere, rationi cōſentaneum eſt. Cum igitur eā non adhibet,imo mulierē lædi permittit,vbi neceſſario adimplēda per negligētiā deſerit;merito ad pęnā illū prius diſcutiendum lex voluit,& in caſu, in quo ſoluendo non reperiatur, petendi reſtitutionem mulieri poteſtatē facit, ne ſibi ius ſuum pro ſua fragilitate deficiat,& in ſumma non idem in tutoribus & curatoribus ſeruari voluit: at præfato modo vrbanius cum eis agi,
109 †ne,vt dicitur,Afflictis afflictio incuti videretur.

Sed memorata ratio ſatis confundi dignoſcitur ex eo, quod ſingulariter voluit gloſa in l.quo tutela,ff.de regu-
110 lis iuris, † dum tutores quoque, alijs deficientibus, eorum poteſtati commiſſis,pupillis ſuccedendi facultatem habere pronunciauit, ergo, ne in abſurdū prolabamur Cur hoc ipſum tā variè diſpoſitum ſit, alia excogitanda eſt ratio.

Niſi a prædictis nō recedendo dixe-
111 ris,†Gloſam illam communiter nō teneri,

neri, vt per Bar. in l. nutritoribus, per il lum textum, C. commun. de ſucceſſio. eundem in ſingula. ſuo 57. vbi contraria multa diſſoluit, quamuis præcitatũ gloſatoris dictum amplexus fuerit Bal. in ſuo ſingul. 8. idem Bal. in l. ſi quis filio. §. eius, ff. de iniuſto rup. irrit. facto teſta. & in l. fi. col. 5. C. vnde legitimi.
112 † Tu vero a recitata communi nõ recedas, quamuis gloſæ dictum intelligi poſſit legitimè procedere in tutore legitimo, quem conſtat ad pupilli ſucceſſionem admitti poſſe, vt inſtit. de le
113 giti. agnato. tutela. † Caualcanus vero in ſuo tract. de tutor. & curato. fol. vlti. nu. 336. vtramq; opinionem grauioribus authoritatibus munitam proteſtatur. & idcirco ſubijcit, quod ſi talis cauſa ad ipſum decidenda deduceretur, ꝙ vtramq; opinionẽ rationabiliter ſubſtineret. ſcilicet hæreditatem inter Tutores, & Fiſcum diuidẽdo, de quo dic, vt plenius per eum.
114 † Verum licet præfata minorũ iura, cum his, quæ mulierum circumferuntur in propoſito diſſideant, eadem tamen in minoribus ipſis alio caſu recepta ſunt. & ſic vbi tutorum, vel curatorum in curia in iudiciorum inſtãtia

iacturam patiuntur, non hoc ſanè caſu eos non niſi in ſubſidium reſtitutionē adepturos reſcriptum eſt, & ſic perantea diſcuſſis tutoribus, vel curatorib⁹, qui nō ſoluendo detegantur, vt notat Bal. in l. properandum § ſi vero. per illum textum, C. de iudicijs, & habetur per gloſam in dicta conſtitu. Minorū iura. in verbo, procuratorum.

115 † Præterea antequam ſupradicta vlterius protrahātur, aliud inter minores, & mulieres circa reſtitutionē memoratā diſcrimē verſari conijcias: nā iuxta pleniſſimè in prima conſid. concluſa, minor ad probandam lęſionem pro reſtitutione obtinenda nō compellit: at in muliere contrarium legere eſt in vulgato textu noſtræ conſtitutionis, dum ibi per expreſſa verba dicitur, eaſdem in iudicijs reſtituimus, cum enormiter læſę probātur. ergo læſionis cōprobatio eis remiſſa ex his nequaquā intelligi poteſt.

116 † Niſi dixeris, quod memorata conſtitutio ſemper talem habuit interpretationem, vt ſcilicet, mulieri quoque de læſione probare non ſit neceſſe; vnde pręcitatum diſcrimen parum putatur attendendum; cum etiam eodē

lo-

loquendi modo Imperator, & de minoribus agens in vulgata conſtitutio. minorũ iura, vſus fuerit, ibi, læſi probantur, ergo, &c.

117 † Sed, & tertium diſcrimẽ alijs omiſſis, vti extra noſtrum inſtitutum, eſſe poſſet, quod cum minor generaliter reſtituatur, vt in vulgata l. minorib. ea in iudicijs tantum, non item in contractibus ad reſtitutionem admittitur, vt in noſtrę conſtitutionis contextu, cuius rei diuerſam rationem apud alios inueſtigandam puta, ne noſtri inſtituti metam prorſus tranſgredi depręhenda-
118 mur: † illud tamẽ nõ omittam, nec indiſtinctè in iudicijs mulieres reſtitui, cum aduerſus ſententias reſtitutionẽ petentes non audiantur iuxta ponderata per Dominum de Franchis in ſua deciſ. 284. & in ſpecie per glo. in allegatæ conſtitutionis contextu, in verſi. in iudicijs, quam adire poteris.

Vt tamẽ ad illud reuertamur, a quo digreſſi fuimus ſucceſſiuè conſiderandum eſt, quod, et ſi cum tutoribus, & curatoribus benignius agere pupillis permiſſum ſit, ob illam, quã diximus eis tributam a iure facultatem, non tamen illud ad defenſores omnes trahẽdum

dum eſt; cum primo quantũ ad procuratores attinet, non diſtent a mulieribus, quas ex prædictis conſtat non niſi in ſubſidium ſibi beneficia in cau
119 ſa impetrare poſſe. † Quare procuratores læſi, primo aduerſus eos agẽt, ut dictum eſt, & eis ſoluendo non exiſtẽtibus, reſtituentur, vt in l. cum mandato, ff. de mino. & hoc quidem optima ratione, nam cum alieno nomine voluntariè agant, excipiantque, non debent ſuper eorum fraude, & negligentia releuari, quod & ipſorum pariter minorum fauorẽ creditur reſpicere, cum ex hoc eorum procuratores diligentiores redantur, ex quo ſe prius cõ ueniri debere intelligunt, vt per Azo. in ſum. C. ſi tut. vel curat. quem ſequitur glo. in allegata conſti. minorum iura, in vulgato ver. procuratorum, in fi. & habes per glo. iuris communis in d. l. cum mandato, in verbo audiri, quam omnino videas.
120 † Sed vlterius ego do tibi caſum, in quo minores aduerſus procuratores omnimodo reſtitutionẽ non habent, vt in l. eum qui, vbi gl. in verbo, ex voluntate, ff. de min.
121 † Verum dicas, quòd loquitur tex. cũ glo.

glo. de procurat. ſine ſpeciali mandato pupillos, & minores in iudicio defen dentibus, & ſic ex mera eorum voluntate, quo caſu minores nullo damno afficiuntur; cum ſententia aduerſus procuratores concipiatur, quare nec reſtitutione opus habent.

122 † At diceres præterea procuratores in propoſito tutoribus, & curatoribus ęquiperatos per glo. ſingul. in ca. cum veniſſent, in verbo, reſtituimus, in fi. de in integrum reſtitutio. dum inquit; Eccleſiam aduerſus procuratoris negligentiam, vel fraudem, electionem habere, an aduerſus eos velit agere, an vero ſibi competẽtem reſtitutionem petere. adquod allegat in vulgata l. etiã, C. de mino. contextum, qui de tutoribus, & curatoribus loqtur, & de pupillis, & minorib⁹ aduerſus eos, ergo, &c.

123 † Verum re bene diſcuſſa textus memoratus non bene procuratores comprænhendit, ex quo de tutoribus, & curatoribus ideo modo prefato loquitur, quia neceſſitate ad tutelæ officium efferuntur, quod tamen in procuratore ſecus eſt, cum, vt dictum eſt, volũtariè pro alijs eorum partes interponant; Niſi primo hoc gloſæ dictum in procura-

tori-

toribus authore prætore ad procurandũ compulſis exaudire velis, quo caſu cum tutoribus,& curatoribus concurrunt;Sed hoc quamuis rationabile ſit, non tamen illud patitur gloſę pronunciatum,cum generale ſit.

124 † Vel ſecundo niſi conſiderare velis, quod cũ Eccleſia minoris iure vtatur,vt in vulgato c.auditis, procurator tutoris, vel curatoris vicẽ obtinet: qđ

125 tamen non probo,†cum adſint Eccleſiarũ Prǫlati,& Aeconomi,qui tutoribus æquiparantur,ut in auth. de Eccle. tit. §. fi.& habes per glo.in d.c.auditis, in verbo,iure minoris, non tamen per omnia,vt per gl,in c fi.5 q 3. quare cogitandum relinquo,attamẽ proſequere, quæ de procuratore vlterius ſubſequentur.

Tandem quid in re præſenti in Aduocato dicendum ſit, non benè conſtat.vt tamen per cõtraria decurrendo germana propoſitæ quæſtionis determinatio ꝓdeat, illud primo aſſeramus, nedum in minoris arbitrio non eſſe, an primo aduerſus male conſulẽtẽ aduocatum velit experiri;& deinde be-

126 neficia petere,vel econtra.†Sed, & qđ maius eſt, ei⁹ rei occaſione Aduocatũ in

in nihilo teneri, quam quidem negati uam per verba generalia expreſsè gloſatorem cõſideraſſe comperies in §.fr. inſtitutio. qu b. ex cauſis manumitt. licet, vel non, dum ibi concludit, Aduocatum per propriam imperitiam cauſę iacturam patientem Clienti in ſuo iure deſtituto ad aliquod ſarciendum intereſſe cõdemnari non poſſe: quod ipſum in caſu noſtro ſatis congruens eſſe deprahendimus, cùm qui in probationibus læditur, in ſententia poſtmodum læſus dicatur, vti ea, quæ ex probationibus, tanquam ex mente alicienda eſt, iuxta deducta a nobis in præcedenti cõſideratione, ibidemque in prę
127 dictis ea motus ratione, † quod ſibi imputandum ſit, vti ei, qui inerudito pro priè cauſæ habendam tutelam commit tere non debebat, quod & in procuratore pariter memorat glo. in alleg. ca. cum veniſſent, in dicto verbo, reſtituimus, circa finem, per tex. in d.l. cũ man dato, & ſic illi occurrendum eſt cum Ouidiano illo.

Eu patior telis vulnera facta meis.

quod in l. j. §. pueritiam, ff. de poſtulando, & in l. j. in princip. ff. de mino. idem gloſator clarè admodum enunciauit.

vnde merito illud in propoſito videtur eſſe conſideratum, quem in decimoſeptimo anno Doctorem eſſe poſſe, ac ex ſuo officio pro alijs poſtulare, ex intentione Iacobi de Arena in alle-
128 gato loco inſtitutario: † procuratorem autem nō item, niſi annum compleuerit vigeſimumquintum, vt eſt tex. in l. minor, ff. de procurat. quaſi, quod procuratoris officium dicatur eſſe pręiudiciale magis ipſi procuratori, quam illud Aduocationis ipſi Aduocato.

Contrariam tamen ſententiam Fabrum ibidem, atq; Angelum ſequutos depręhēdimus, quos, & alij pariter inſequuti ſunt. & primo pro ea accedat,
129 † iudicē, quem malè iudicaſſe compertum fuerit & per imperitiā parti damnum paſſę ad id, quod ſua intereſſe putauerit, condemnari poſſe, vt in l. ſi filius, ff de iudicijs, & in l. ſi ff. de varijs, & extraordi. cognitio. vbi Bart. & in l. ſi per imprudentiam, vbi gl. ff. de euictio. ergo, & Aduocatum pariter huiuſmodi iudicio coercēdum conſequens eſt.
130 † Secundo conſiderari poteſt, quod a proportionabilibus validum eſt, deductum argumentum, vt per gl. in l. filius familias, ff. ſi certum petat. & in l. de

qui-

quibus; C.de legibus; Huic accedat, q͠
quemadmodum ſe habet Medicus ad
ægrotum, ita ſe habet & Aduocatus ad
131 clientem; † ſed Medicus per imperitiã
malum inferens ægroto medicamentum,
vnde verè malum aliquod patiatur,
eidem ad id quod ſua intereſt, dicitur
obligari, vt in l.cum in plures, ſ.
locato, ff.locati, & in l.qua actione, ff.
ad leg. aquiliam, & maximè ſi dolum
ea in re admiſiſſet, nam, & vlterius accuſatione
præuia, criminaliter poſſet
coerceri, vt in l.fi.C. de aduoc diuerſo.
iudi. ego idem, & in Aduocato diſpoſitum,
intelligendum eſt, cum prætere
rea in eo non ſit conſiderare diuerſitatis
rationem.

Tertio accedat, quòd ſi procurator
ratione ſui officij obligatur, vt ſupra
deductũ eſt, ergo, et Aduocatus, pro-
132 pter officiorum ſimilitudinem, † cum
& procurator alias in cauſa Aduocatus
nuncupetur, atque eidem ſimilis prædicetur,
vt per gl. in rub.C.de procu. atque
ibidem notatur per Iaſ. allegãtem
ad hoc Specu.in §.nunc de procuratorum.
in verſi.ſed nunquid ſalarium, in
titu.de ſalario, ergo, & quod ſequitur.
133 Quarto, & poſtremo conſidera, † qđ

vbicunq; quis exercitium aduocationis inuadit, eo ipſo callere artem, atque peritum, & oneri iniuncto ſufficientē ſe proteſtari videtur: quare ſi per imperitiam clientem offendat, ea quidē dolo, fraudi, & deceptioni aſcribitur, vt in l. 2. cum ibidem notatis, ff. qđ quiſque iur. ergo vti doloſus, & fraudulentus coercēdus eſt, allegata l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iudi. quod, & in ſartore mutilante veſtem, & aliis artificibus procedere intelligendum eſt, iuxta pleniſſime congeſta per Caualc. in ſua deciſ. iudiciali 26. per totā, vbi pulchra proſequitur, & faciunt alia allegata per Dec. in l. conſi. num. 2. & ſeq. ff. de reg. iur.

134 † Quid dicendum? Speculator hanc ipſam perpendens cōtrouerſiam in §. fin. in verſ. quid ſi per imprudentiam. in titu. de aduocato diſtinctionis fœdere occurrendum putauit: & ſic vel qđ de aduocato loquimur authore prętore aduocationem exercente, atque cōpulſione tandem eius miniſterio facta ad patrocinium deducto iuxta notata per Abbatem in c. 1. col. 1. de offi. iudi. Aut vero de eo, qui ſua ſpontanea voluntate cauſas tractat, atque altera ex parte defendit, primo caſu nequaquā

teneri

teneri reſpondit, dum tñ id ipſum dolo non præſtiterit.

135 †Nam, & is cui a teſtatore rationũ redditio remiſſa eſt, de eodem inquiri, & puniri poteſt; vt in l. ſi ſeruus vetitus, ff. de leg. j. & habes per Port. in §. ſi quis debitori, inſti. tit. allegato.

Secundo vero caſu teneri illum exploratt iuris eſſe exiſtimat, per ponderatas ſupra rationes. ad cuius rei cõprobationẽ illud accedat, quod alias in materia querelæ inofficioſi teſtamẽti ſcri-
136 ptum eſt, † filiũ, videlicet iniuſtè in patris teſtamẽto exhæredatum, pro eiuſdem paterni teſtamenti legatario poſtulantem, eius ad hoc libera voluntate procedente, teſtamentũ approbaſſe cenſeri; & conſequenter ſuo nomine non poſſe amplius de inofficioſo patris elogium inculare: quod, & in procuratore, & alijs voluntariis defenſoribus locum habet. At ſi neceſſitate id ipſum præſtiterit, vt puta iudicis imperio ad id aduocatus, hoc caſu benè querelare poterit, vt & in tutore conſideratum eſt, in §. ſi tutor. inſtit. de inoffi. teſta. cum eius officium de neceſſitate geratur, vt in l. nec non, ff. de tut. & cura. dat. ab his, et in l. 1. in prin. ff. de ad-

min. tut. & in l. tutori, in glo. cum ſimilibus, ff. de neg geſt.
137 † Quod ſi inſpecta cõſcientia de hac ipſa re loquamur, parum præfacta diſtinctio recipienda eſt, cum tunc omni caſu, & indiſtinctè teneatur, vt notatũ eſt per Hoſtienſem in tit. de poſtulando, & in tit. de procurato. in decretali, & per Abb. in cap. ad aures, de ætate, & qualita num. 3.

Denique cum præmiſſa opinione transeundo, non obſtant, quę in contrarium conſiderata ſunt, vnde primo loco illud conſiderandum eſt, quod quamuis in proceſſu Aduocatus non
138 obligetur † cum ſecum non dicatur fundari iudicium, vt per gl. in l j. de poſtulando, negari tamen non poteſt, cũ quodammodo in re prędicta ſuas operas locare, cuius rei occaſione Honorarium, ſeu Palmarium conſequitur. quare illud ſaltim dicendum eſt, in eo dumtaxat obligatione Aduocatum af-
139 fici, † vt ſaltim ad tractandam cauſam per legitimos tramites teneatur. quare ſi contra fiat, non patitur æquitas illęſum illum diſcedere debere.

Nec dicat quiſquam non poſſe quem ad aſſequendã in cauſa victoriam obligari,

ligari, ex eo, quod dubius litis euentus
140 efferatur; Nam benè ſcio † Aduocatũ in propoſito Medico, & Oratori reſpõdere, ita vt dicere liceat, quod quemad-
141 modum † ſufficit Medico ad ſanitatem per calcata præſidia, pro cuiuſq; ægri-
142 tudinis qualitate, procedere, † ac oratori omnia conſiderare vtilia, apta, & conducibilia ad perſuaſionem: nec vitio medico vertendum, ſi actualiter ſanitatem non introducat, vel Oratori, ſi non perſuadeat: ita, & proportionabiliter ſat cauſarum Patrono conſultũ putabitur, ſi ſuſceptam cauſam legitimè, p eius natura, tractauerit: minuſve ei imputandum, ſi iudicum defectu victoriam non fuerit conſequutus. quo ſtante parum gloſatoris habendam rationem cenſeo, nam cum eius dictum iuribus nequaquã comprobatum ſit, præſertim præponderante in contrarium ratione, illud attendendum non putatur.
143 † Minuſque etiam officit tex. in allegata l. cum mandato, ff. de min. nam, & ibi de minore in negotiis agente, loqui Iuriſconſultum deprǣhẽdere eſt; quare merita ratione illi dicitur imputandum eſſe, qui talem ſibi procuratorẽ,

147 gari non poteſt: † ad publicam autem, & realem non niſi in decimoocłauo, quod optime comprobatum comperies, apud vltramontanos doctores in vulgato § fi. ex qb cauſ. manu licet, vel nō, atq; ex allegato tex. in d. l. 1. de poſtulando, non minus aſſeritur, quod dictum eſt, atq; hæc ſunt, quæ mihi in ꝓpoſito tumultuariè, & ſummatim dicere libuit.

148 † Conſequenter vt receptui canendo, ad rem noſtram accedamus, de Eccleſiis, & eccleſiaſticis locis, & perſonis videmus, & primum quantum ad eccleſias attinet indubitatè illis in integrum reſtitutio ad pinguius probandū conceditur, vt in dicta pragmatica curſu dilationum, & alijs ſupra allegatis, cum iure minoris vtatur, & quidē nedum contra priuatum, ſed etiam aduerſus aliam eccleſiam, vt in vulgato cap.

149 cum veniſſent, ſupra citato, † ac etiam Reipublicę æquiparetur, vt in ca. quid ergo. 23. quęſt. 4. in c. ius publicum, 1. diſtinctio. & in l. inter diuinum C. de ſacroſanctis eccleſijs.

Ratio autem eſt clariſſima, quòd ſcilicet earum res ſimiliter aliorum adminiſtrationi cōmitantur, vnde haud

fieri

fieri poteſt, vt aliqua ex parte non lædantur, cum cœlum ipſum petamus ſtultitia.
150 † Quod idē ſucceſsiuè in alijs eccleſiaſticis locis procedere intelligēdum eſt, vtputa in hoſpitalibus, orfanotrophis, confraternitatibus, & ſimilibus. & primo quantū ad Hoſpitale res trā-
151 ſit ſine dubio, † cum ab eccleſia ad illud validum ſit deductum argumētū, vt dicitur apud Euerardum in ſuis locis legalibus, & propriè in loco, ab ec-
152 cleſia ad pia loca, † cum & pius locus dicatur, dummodo tamen ea requiſita omnia concurrant, quæ numero comprænenſa decimonono enumerantur per Felinum in c. de quarta, de præſcriptio. & in ſpecie quemadmodum & eccleſia, illud ad reſtitutionem admittitur, vt per Anchara. in dicto cap. audi tis, col. 1. & alios copioſe allegatos per Ant. Gabri in tit. de pia cauſa, concl. 2. nume. 16.
153 † Quod idē in Orfanotrophis, Noſochomijs, Zenodochjis, Procotrophijs, Gerontocomijs, Brefotrophijs, & Aſſeterijs procedere intelligendum eſt, quorum declarationem proſequere, vt per Coraſium in ſuo trac. de inuenta-
rio

rio, cò hinc. ſ. 2. & 3.

154 † Quare illud circa p̄dicta nouiſſimè diſcutiendum eſt, num confraternitatibus eadem quę dicta ſunt, beneficia, communicanda veniant. & in hoc deciſiuè reſpondere liceat, † quod licèt
155 dictæ confraternitates per laicos abſque Summi Pontificis authoritate cõſtituantur, vel alterius ſuperioris ſecũdum Innoc. in c. dilecta de exceſſ. prælat. & Bar. in l. fi. col. 2 ff. de colleg. illicitis, tamen, cum ad pium, & honeſtum vſum ordinentur, vt puta gratia alicuius religionis, omni iure approbatę cēſendę ſunt, licitaque ex hoc ipſo collegia nuncupantur per text. in l. 1. §. religionis, vbi Bar. ff. alleg. tit. & in c. parſimoniam, 41. diſt. & habetur per gl. in c. ſi quis clericorum, 11. q. 1. & maximè ſi longa conſuetudine, & tempore con-
156 ualiditate ſint. † vnde, & eis legari poteſt, ut per Alex. Paul. Caſtr. & communiter Doctores in l. collegiũ, C. de hære. inſtituen. & habes per Bart. in l. cum Senatus, ff. de reb. dub. per illum tex. & eundem in l. id quod pauperibus. col. 6. q. 21. C. de epiſ. & cle. cum allegatis paribus per Maran. in ſuo conſ. 133. nu. 4.
157 † & conſequenter tale legatum ad pias

causas

cauſas dici poteſt, vt per Deci. in ſuo cõ ſi. 72. col. 3. per Ioſeph. Lud. in deciſ. Peruſ. 93. nu. 45. par. 2. cum aliis allegatis per Maran quo ſup. loco, nu 7. merito ergo, cũ corã Laico iudice litigãt, agẽtia, vel excipientia ad reſtitutiones prędictas admittenda veniunt, non ſecus, ac in eccleſiis, & aliis piis locis ſupra dictum eſt.

158 † Sed ad eccleſiaſticas pſonas redeundo, num clericis in eorum cauſis veniant cõcedẽda beneficia, noſtrę ſubijciatur inquiſitioni: & concluſiuè pari-
159 ter loquendo, † ſub breui diſtinctione rem expeditam poteris enũciare, & ſic quod aut clerici pro rerum eccleſiaſticarum conſequutione agere deprehẽduntur, aut vero eorum patrimonialium, primo caſu concluſio ſit ad petita beneficia admittẽdos eos eſſe, ex deciſione Affl. 390. vbi Vrſil. ſecundo vero caſu, & ſic vbi de propriis contendunt, exacta in illis conſequendis, aut tractandis induſtria cõſiderata, nequaquam ea cõcedenda veniunt, vt per Fely. in c. Sanctæ Mar. de conſtitut. nu. 8. Cum cuius traditione cõuenit memorata Sacri Regij Conſilij deciſio, & habetur per Specu. in §. qualiter, verſ. Sed nunquid

nunquid clericus in titu. de in integr. reſtit.& per Iſern. in Regni conſtit.incip.ſtatuimus,ſupra allegata.

Verum aduerſus poſitę diſtinctionis ſecundū membrum inſtari poſſet, quod imo, & de propriis cōtendentes

160 clerici reſtituendi ſunt.†Nam Eccleſiarum,& clericorum bona æquiparātur, vt eſt text.in clementina.præſenti, vbi Card. in 2.notab de cenſib. & in c. fi. vbi Panor.de vi.& hon.cler. & in ca. clericis,de immu.eccle.lib 6 Sed in bonis eccleſiaſticis illa ſibi conceduntur, vt ſup. ergo etiam,& in eorū proprijs.

Tu vero non recedendo à ſuprapoſita diſtinctione reſpondeas, quòd ęquiparatio præfata ad immunitates trahēda eſt, quæ ad omnia clericorum bona extēduntur, cum eadem exemptionis ratio militet, quare non idem in caſu noſtro, cum ratione variarijs perſpicia

161 tur.† Nam re vera omnia priuilegia eccleſiis,earumve bonis cōceſſa, pariter, & clericis in eorum bonis debita intelliguntur ex cauſis, & rationibus cōſideratis per Couar. lib. 1. variarum reſolu.c.4.nu 2.firma ergo remanet, quę ſupra recitata diſtinctio eſt.

162 † Ad cuius cōprobationem accedat;

quòd

165 de quo in cōſti. ſtatuimus, allegata † vt, puta quia vti & laici, iurabunt aduerſarij potentiam perhorreſcere, alias nequaquam ad præfatum beneficiū admittendi eſſent, vt concluſum habes per Marant. in ſuo conſi. 126 colum. 2. quem ad eas.
166 † At rurſus ad principale inſtitutum conuolando Fiſco beneficia non denegari vnuſquiſque ſane mentis dicet, cū talem ſententiam tam communia, quā Regni iura ſugerant, vt in l. 3. ff. ex quibus cau. maio. & in l. ad rempubl. C. de iure reipublicę, li. 11. & in allegata Regni conſtit. Beneficium reſtitutionis, quòd idem & in Republica obtinere ſubijcias. ad cuius rei comprobationē
167 illud uidetur attingēdum, † an Fiſcus, & Reſpublica idem ſint. quod optimè diſſeritur apud Affl. in d. conſt. Beneficium, in prin.
168 † Præterea non eſt cur non idem de uniuerſitatibus dicamus atque alijs licitis corporibus. arg. tex. in §. aduerſus, inſti. de nupt. Nam propter externarū perſonarum repræſentationem faciliſſimam lędi poſſunt, prout re uera quotidie læduntur, quare eadem ratione ſubſiſtente, nō eſt, cur ab eis præfatam beni-

benigni iuris interpretationem auferamus, quam limitatam legis in pragm. Regni 37. ſub tit.de offic.procura.Cæſaris, & faciũt plura cumulata per ſcribentes in l. ciuitas, ff.ſi cert.petat.

Denique, vt ad generalem clauſulã tranſeamus, alijs miſerabilibus perſonis eadem expreſſim decerni in dicta pragma. ſubijcitur; Quare pro intelligentia, qui nam miſerabilium appellatione cõprehendantur, adinuenire eſt.

Et primo anteq.ã, qđ dictũ eſt, deducamus ex huiuſmodi verbis illud ſanè elici poteſt, omnibus prędictis ad pinguius probandum reſtitutionem competere, non quidem læſionis intuitu, de quo latiſſime, in j.conſiderat.certatum eſt: ſed bene miſerabilitatis rõne, quaſi ꝙ ibi princeps fateatur, nedum prædictis miſerabilibus ea competere; ſed paſſim alijs, qui huiuſmodi eſſe conſiderantur, inducendo dictionẽ,

169 alijs, † quæ ſui natura ſimilium repetitiua dignoſcitur, vt per Decium in l. ſi fugitiui, C.de ſeruis fugitiuis.

At re vera, ſi res intimius perpen-

170 datur, illud clariſſimum eſt; † pupillũ inter miſerabiles perſonas referri, & etiam viduas, vt patet in vulg. l. vnica,

C.

C. quando imperat. & habes per Mantuam in ſuo ſingul. 34 & Alex. Rau. in tracta. de Analo. lib. 1. cap. 33. nu. 84. Sed ex hoc ipſo illud quidem dubium proficiſcitur, quod ſcilicet nõ omnibus pupillis, & viduis valeant huiuſmodi beneficia decerni, cúm non omnes miſerabiles dici queant, niſi qui, aut quæ grauiſſimo paupertatis onere opprimuntur, vt voluit Deci. in dicta l. vnica, & habetur per Imo. & Cardi. in cap. ſignificantibus de offi. delegati. Ego vero a ratione conſiderata non recedendo, adhuc miſerabilitatem in conſideratione verſari ſubijcio, cum ſi recte perpendatur, benè coincidat.

171 † Non etenim ſola paupertas miſeriã incutit, ſed etiam minoris ætatis, vel ſexus, aut morbificę fatigationis iniu-

172 rijs ſubiecta conditio, † quorum in numero, vltra prædictos, dicũtur eſſe ꝓdigi, furioſi, ſenes decrepiti, diuturno morbo fatigati, & omnes alij, quib⁹ natura propter fortunę iniuriam mouetur ad miſerendum, etiam ſi diuites ſint, vt per Azon. in ſumma, in ti. C. qñ imperat. & dicitur apud Guid. Papa in ſua queſtio. 566. in additio.

173 † Et, vt tãdem certum quid conclu-

mus,illud ſubijciendum duximus,miſerabilis, ſcilicet perſonę dijudicationem iudicis arbitrio relictam eſſe, vt per Felin. in dicto cap.ſignificantibus, nume.6.Barto.in dicta l.vnica.Guido: Papam in citata quęſtio. & Tolet. Co-
174 uar.lib.pract.quæſt.allegato c.7.† Intātum,quod etiam vna Regina,ſi iudex arbitrabitur,miſerabilis dici poſſet, ut per Vrſill.in add.ad deciſio.Affli.257.
175 Quo ſic ſtāte animaduertēdū eſt,† pupillos,minores,& uiduas, non quidē ea ratione,quod pauperes ſint,miſerabiles creditos,nam nequaquam generalis & omnium completiua ratio redderetur,ſed quia, ut dictum eſt, uel ꝑpter ætatis,uel ſexus, uel organi defectum ſuis rebus peragendis intereſſe, uel commodè nō poſſunt, atq; ex his omnis prędicitur circa prædicta diſſidens ſententia,& uniuerſę conſiderationis finis exoritur ad laudem Chriſti Ieſu,cuius craſtina luce optatiſſima Reſurrectionis Salutiferum Feſtum Celebramus.

FINIS.

RERVM

RERVM SVMMAE.

1 Beneficia duplici via competere poſſunt, & ſic principaliter, & conſequutiuè.

2 Conſequutiuè, quod dictum eſt, competere beneficia, dupliciter intelligi poteſt.

3 Tertius triplici ratione ad cauſam perducitur.

4 Tertius veniens ad impediendum quis dicatur.

5 Tertius veniens ad infringẽdũ quis intelligatur.

6 Tertius prædictus ad infringendum, proceſſum inter principales litigantes retardare non poteſt, & ſub qua forma admittendus ſit.

7 De tertio poſt ſententiam ad impediendam exequationem comparente vide remiſſiuè.

8 Item de Tertio comparente aduerſus rem exequutam.

9 Tertius ad defendendum veniens triplici ratione variatur.

10 Tertius, ad quem principalis cauſæ ſpectat defenſio, ad quem effectum comparere poſſit.

11 Tertius, æque principaliter cum Conuento defenſionem habens, ad quos effectus, & ipſe admittatur, ſubijcitur.

12 Æque principaliter intereſt ſubiecti Dominũ nõ mutare, & Domini Subditum nõ perdere.

13 Tertius ſecundario defenſionem habẽs ad aſſiſtendum, & cauſam adiuuandum, cum omnibus ſuis execeptionibus admittitur.

14 *Tertius iſte Author non poteſt in ſe transferendo iudicium, conuentum ab incepta lite liberare, & cur.*

15 *Agens non cogitur mutare actionem.*

16 *Cautela pro Agente mutare actionem nolente.*

17 *Rurſus cautela pro principaliter Conuento, ne ipſe litigare compellatur, ſed ſuus Author, remiſſiuè.*

18 *Ad aſſiſtendũ, & adiuuandum præfatus Author, tũ Actore, tum Reo inuitis admittitur.*

19 *An venientibus ad cauſam tertijs beneficia cõpetant, per breues concluſiones enodatur.*

20 *Tertij venientes ad impediendum, vel infringendum, quemadmodum ad beneficia admittantur.*

21 *Ne retardetur inter principales litigantes proceſſus, ratione ad infringendum venientis tertij, quid agendum ſit.*

22 *Quantum ad beneficiorum petitionem quid operentur cauſæ concluſio, & introductio, ſubiectum habes.*

23 *Præfatos Tertios cur poſt publicatum admiſſos, reditur ratio.*

24 *De Tertio poſt ſententiam exequtionem impediente, quoad beneficiorum petitionem, non queritur.*

25 *De Tertio aduerſus rem exequutam comparente habes in ſequen. conſiderat.*

26 *Tertius principaliter ad cauſam veniens, vti*

ad

ad beneficia admittendus.

27 Quid iuris in æqualem defenſionem habente dicendum ſit, ſubijcitur.

28 Vbi de re emphyteutica vendicanda agitur, tum Dominus directus, tum emphyteuta ipſe admittitur, & cur.

29 Author laudatus admittitur ad cauſam in illis terminis, in quibus reperitur.

30 Authoris laudati ius regulatur ſecundum ius principaliter conuenti.

31 Author, ad cauſam veniens declinatoriam exceptionem ex ſua perſona opponere non pôt.

32 Author laudatus ad iudicium admiſſus imo poteſt agentem ſibi infra quartum gradum coniunctum ad compromittẽdum prouocare.

33 Quod authores laudati ad beneficia admittendi ſint, in Sacro Conſilio deciſum refertur.

34 Qui ſententiæ effectum patitur, is ea condemnatus cenſetur.

35 Conſtitutio priuilegiatis beneficia deferens inter principaliter, & ſecundario venientes ad cauſam non diſtinguit.

36 Cuiq; pro eo, quod ſua intereſt agenti, & de neceſſitate defendenti, ex ſua perſona competẽtes exceptiones opponere licet.

37 Ad opponendum admiſſus, ad exceptionẽ quoque probandam habilitatus cenſetur.

38 Tertius ex ſua perſona iudicẽ re cuſare poteſt.

39 Cur Tertius declinatoriam opponere non valeat

leat refertur ratio.

40 Legis, venditor, ff. de iudiciis, diſpoſitio non procedit in clericis authoribus.

41 Legis, is a quo, ff. de rei vendicatio expenditur intelligentia.

42 Quod author coniunctum agentem ad compromiſſum prouocare poſſit, communis d.l. ſententia.

43 Authores laudatos cum aliquali cauſæ cognitione ad beneficia admittendos concluditur, & in quo talis cognitio verſari debeat.

44 Maioribus quoque competere beneficia editur.

45 Aduerſus Dolum minor non debet reſtitui.

46 Quod nec minor ad beneficia admittendus ſit probabiliter concluditur.

47 Minor aduerſus dolũ præſumptum reſtituitur.

48 Tutoris dolus minori detrimento eſſe non debet.

49 Aduerſus dolum præſumptum in futurũ minor non reſtituendus.

50 Quemadmodum dicta diſpoſitio exaudienda ſit, refertur.

51 Maioribus competere beneficia, vti intelligendum ſit.

52 Beneficiorum termini communes intelliguntur eſſe.

53 Quod & in dilationibus omnibus pariter intelligendum eſt.

54 *Ampliatur præterea, vt procedat in omnibus, quæ litis ordinationem reſpiciunt.*
55 *Si dies dicitur feriatus quoad te, & contra te pariter dicetur.*
56 *Æqualitas in iudicijs ſeruanda.*
57 *Quod in fauorem inductum eſt vti intelligenda diſpoſitio.*
58 *Ciuilitatis obtinens priuilegium, tamquam ciuis ad collectas, & alia onera tenetur.*
59 *Qui acceptat vnum, videtur ſe obligare omnibus loquentibus de illo.*
60 *Ad litis deciſionem ſpectantia inter litigatores non communicantur.*
61 *Litis conſortes minorum, obtentorum beneficiorum terminis vtuntur.*
62 *Ex pluribus vnus appellans, & vincens alijs victoriam communicat.*
63 *Ab vno in communi cauſa impetratum reſcriptum, ad alios litis conſortes porrigitur.*
64 *Quod per ſe quis non poteſt, interdum per ſociũ conſequitur.*
65 *Pro litis conſortibus ſacri Regij Conſilij memoratur deciſio.*
66 *Limitatur quæ de litis conſorte dicta eſt, ſententia.*
67 *Alia limitatio ad illam, quæ pro maioribus firmata eſt concluſio, conſideratur.*
68 *Non debet eo quis iuuari, quod per Dolum, fraudem re abeſſe voluit.*

69 *Nemini proprius dolus patrocinari debet.*
70 *Num in maioris præiudiciũ valeat minor obtento beneficio renuntiare, quæritur.*
71 *Appellans inuito appellato renuntiare appellationi non poteſt.*
72 *Clericus ad ſæculare iudicium trahi non poteſt, cum limitatione.*
73 *Princeps priuilegium reuocare non poteſt, vbi illud in contractum, vel quaſi abierit.*
74 *In iudicijs dicitur quaſi contrahi.*
75 *Princeps poteſt reuocare dominium ſuo facto, & conceſſione alicui quæſitum.*
76 *Maior non poteſt vti teſtibus in beneficio examinatis, vbi minor in eo nihil deduxit.*
77 *Obtinens in cauſa iuris congrui, poteſt inuito aduerſario illi renuntiare.*
78 *Beneficia ſpeciali iure decernuntur.*
79 *Quilibet ſuo fauori renuntiare poteſt.*
80 *In quæſtione prædicta diſtinctione diſſidentes conciliantur ſententiæ.*
81 *Clericus re integra conuentioni renuntians, reconueniri coram ſeculari iudice non poteſt.*
82 *Antonij de Alexandro in præfata quæſtione ſententia.*
83 *Num in præiudicium litis conſortis renuntiare poſſit rurſus quæritur.*
84 *Mutatio perſonæ non mutat cauſam.*
85 *Naturalia vbi cum accidentalibus concurrũt, præualent.*

86 *Collu-*

86 *Colluſionibus non eſt aditus aperiendus.*

87 *Beneficio, quod habeo abſte, etiam te inuito vti poſſum.*

88 *Inſtitutus præteriti beneficio aduerſus alium, bonorum poſſeſſionem contra tabulas accipere poteſt.*

89 *Licet parentes ob numerum filiorum a tutelis excuſationem habeant, non tamen a tutela ipſorum met filiorum.*

90 *Militis vxor ex mariti priuilegio domina appellanda eſt, non tamen ab ipſo marito.*

91 *In propoſita quæſtione pro affirmatiua contra litis conſortem concluditur.*

92 *An, & quando beneficio, quod abſte obeſt, poſſim vti contra te, late diſtinguitur, & declaratur.*

93 *Limitatio affertur ad concluſionem iam aduerſus litis conſortes firmatam.*

94 *Vti beneficiorum vſus inter obtinentem minorem, & aduerſarium maiorem conſiderandus ſit; late diſcutitur.*

95 *Et ſic quid iuris, ſi ſimpliciter beneficium petitum ſit, quid ſi limitate, & ſic quoad poſita, vel vnum, aut aliqua ex poſitis, aut ponenda, & ſimilia.*

96 *Afflicti locus expungitur in deciſio. 89. in fine.*

97 *Quæ de directo contraria dicuntur, noua capitula non ſunt, ſed penitus antiqua.*

98 *A ſupra expoſita diſtinctione ſatis in praxi in* hoc

hoc Regno receſſum eſt.

99 Beneficia ſuper nouis, eiſdem, & de directo contrarijs peti poſſunt.

100 Coram quibus iudicibus, de qua loquimur, reſtitutio decernenda ſit, late diſcutitur.

101 Reſtitutio in iudicijs, & principaliter, & acceſſorie ſeu incidenter deducitur.

102 Ad pinguius probandum reſtitutio incidenter in iudicijs peti dicitur.

103 Propoſitæ quæſtionis dſſolutione tria formantur capita.

104 Corā ordinarijs iudicibus poſſe reſtitutionem etiam principaliter peti in dubium eſt.

105 Ordinarius iudex dupliciter conſideratur.

106 Delegati num reſtituendi habeant poteſtatē quæritur, quorū multiplex recitatur ſpecies.

107 Principaliter delegatus vel ab eo, qui iuriſdictionem habet ordinario, principaliter reſtituere non poſſunt, niſi hoc eis demandetur.

108 Eoſdem ad pinguius probandum reſtituere poſſe concluditur.

109 Unius negotij diffinitione conceſſa, cenſetur demandatum omne, ſine quo illud definiri nequit.

110 A principe delegatus quamuis in ſua cauſa ordinario maiori ſit, non tamen aduerſus ſuā diffinitiuam reſtituit.

111 Delegatum a non habente iuriſdictionem inciden-

cidentem reſtituere poſſe dicitur.

112 Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum etiam principaliter reſtituere poteſt.

113 Multo magis is incidenter reſtituendi poteſtatem habet.

114 Quid iuris in arbitris dicendum ſit, quæritur.

115 Arbitri in duplici diſcrimine circumferuntur.

116 Arbitros iuris ſine dubio incidenter reſtituere poſſe concludas.

117 Arbitri iuris inſtar delegatorum ſe habent.

118 Vltramarina dilatio in termino compromiſſi non computatur, & cur.

119 Arbitri partium voluntate electi num incidenter reſtituere valeant, dubitatur.

120 Clauſula in fine poſita ad omnia referri debet, quæ præceſſerunt.

121 Vbi præcedentium eadem eſt ratio clauſula in fine poſita debet ea æqualiter determinare.

122 Ordinarius non habens iuriſdictionem, & ab eo delegatus quæ ſunt mixti Imperij non habent.

123 Delegatio ſtricti iuris eſſe intelligitur.

124 Iudex ſæcularis poteſt cognoſcere de cauſa ſpirituali in his, quæ concernunt factum.

125 Hæc incidenter facienda reſtitutio potius ſapit factum, quam iuris miniſterium.

126 Cauſa ſtatus, ratione incidentiæ, etiam a non competenti iudice tractari poteſt.

127 Innocentius pati non poteſt, quod dicatur arbitrios

bitros huiuſmodi reſtituendi facultatem habere.

128 *Innocentij in hac ipſa quæſtione ſubijcitur ſententia.*

129 *In eadem Goffredi memoratur opinio.*

130 *Legis finalis, C. vbi, & apud quem, intelligētia.*

131 *An per procuratores beneficia peti poſſint in dubium reuocatur, remiſſiuè.*

De Primo, & Secundo Beneficio.

CONSIDERATIO TERTIA.

QVIBVS CONSEQVVTIVE OBTENTA beneficia cōpetere dicantur, ac quemadmodum in eis eorum vſus conſideretur latiſſimè diſcutitur, eademq; pro Coronidelà quibus concedi valeant, non inconcinnè ſubijcitur.

1 AT nedum principaliter competere beneficia, vt in præcedenti conſideratione certatū eſt, conſiderare offertur, ſed etiam alijs plerisq; conſequutiuè eadem nō denegari, de quo nobis in hac propoſita conſideratione, quaſi in vniuerſum habendum ſermonem effingas.

Vnde priori loco illud animaduertendum eſt, ex quo dicenda multa fluitant,
2 tant, † conſequutiuè quod dictum eſt, competere beneficia duplici variari intellectu; & ſic vel quantum ad cauſas extrin-

extrinſecus venientes Tertios, vel quidem quantum ad principaliter cõtendentes in eis, ſed maiores, quibus ratione communicandę dilationis obtentorum beneficiorum vſus non denegatur, vt latius infra dicetur. Quare de his omnibus ſigillatim, & ordinatè pro more diſputatio ſubſequetur.

Et primo quantum ad Tertios creditur ptinere, quò terminis bene diſcuſſis procedant, quę pro noſtro inſtituto
3 deſiderantur. Conſiderandũ eſt † triplici ratione Tertiũ ad cauſam perduci, vt per Angelum in l. ſi ſuſpecta, col. 2. ff. de inoffic. teſtam. Bart. in l. ſi proluſorio, § 1. ff. de appellatio. & Canoniſt. in capi. cum ſuper, de re iudic. & quidẽ prima ratio eſt, ne per eum, qui cauſam
4 incipit, agatur ea, aut defendatur, † & ſic dicitur Tertius veniens ad impediẽdum, de quo in l. Titia, ff. ſoluto matri. & hic non cogitur litem in eo ſtatu aſſumere, in quo reperitur, ſed ex integro cum eo omnia repetenda ſunt, vt per Bart. communiter receptum, in d. l. ſi proluſorio, §. 1. quem ſequitur Couarra. in lib. practica. qu. cap. 14. ſub nu. 53. in fine.

5 † Proximus huic Tertius eſt, q ad cauſam

ſam

ſam veniẽs ſimul, et Actorem,& Reũ
vincere intendit,vtriuſque iura infrin
gendo,iuxta exemplum conſideratum
per Couarr.loco citato,nu.4.atque pa-
riter ex integro iudicium habet,vt per
Afflict.in deciſ.235.vbi Comes Vrſill.
in pingui additione, eundem in deciſ.
15. Rotam Bononien. in ſua concl.75.
6 & Dom.de Franch.in deciſ.261.† Non
tamen proceſſum inter principales li-
tigantes retardare poteſt, vnde admit-
tẽdus is quidem eſt,citra tamen publi-
cationis,concluſionis,& cauſæ expedi-
tionis pręiudicium,quod,& multis cõ
probat Couarr.loco citato,num.4.per
totum caput, vbi vide.

7 †Conſequenter ad ſecundã rationem
decurrendo,ſub ea is deſcribendus eſt,
qui poſt ſententiam ad impediendam
exequutionẽ comparet , de quo vide
plenè per Couar.in d.lib.pract.q.ca.16.
9 † vel etiam aduerſus rem exequutam,
de quo quantum ad noſtrum inſtitutũ
in ſequenti conſide.habes,in fine.

Quantum vero ad poſtremam ratio-
nem , illum ſub ea computabimus,qui
ad conuenti alicuius defenſionẽ pro-
8 prouehitur, † qui adhuc triplici intel-
lectu diſtinguat neceſſe eſt : vel etenim

ea,

ca, ad quã admittitur defenſio principaliter ad ipſum ſpectare dicitur, & ad Conuentum ſecundariò, aut ad vtrunque æquè principaliter, aut ad conuentum principaliter, & hunc venientem tertium ſecundariò.

10 † Primo rurſus loco vbi, videlicet ad talem Tertium principalis cauſæ ſpectat defenſio, is ad triplicem effectum poteſt in cauſa comparere, & ſic primo ad aſſiſtendum, ne colludatur. Secundo ad cauſam ipſam adiuuandam, ut in dicta l. ſi ſuſpecta, cum ibi notatis. Tertio, & poſtremò ad reuocandum ad ſe litem, & penitus eximendum Reum conuentum a ceptę litis proſequutione, vt in l. pen. ff. de re iudic. intelligendo tamen hunc vltimum effectũ iuxta notata per Bar. in d. l. ſi proluſorio, §. 1. & quę plenè proſequitur Ang. Are. in l. a ſententia, nu. 7 ff. de appel.

11 †Secundo caſu principali, & ſic vbi eque principaliter cum conuento defenſionem habet, vt in caſu, quo agitur

12 de iure ſubiectionis, †quia æque principaliter putatur intereſſe ſubiecti Dominum non mutare, vt in l. inuitus, ff. de fideicom. libertatib. ac pariter Domini, ne iudiciũ depereat, vt in l. ſi pa-

riter

aliter de libera cauſa, is ad duplicem ef-
fectum ad cauſam admittitur, & quidē
primo ad aſſiſtendum pro colluſionē
vitanda. Secūdo ad cauſam ipſam ad-
iuuandam, vt in dicta l. ſi ſuſpecta. Non
autem ad tertium effectum admitti po
teſt, propter æque principale intereſſe
principaliter conuenti, vt dictum eſt,
& latius infra dicetur.
13 † Tertio vero caſu, & poſtremo dicas
idem quod in proxime præcedenti ca
ſu dictum eſt, & ſic quod tum ad aſſi-
ſtendum, tum ad cauſam adiuuandam
admitti poteſt cum omnibus ſuis exce-
ptionibus ex propria perſona compe-
tentibus, vt in l. denique, §. generali-
ter, ff. mandati, & in l. ſi procura-
tor, §. primo. ff. rem ratam haberi, cum
14 alijs infra allegandis, † non autem, vt
in ſe iudicium transferendo, conuen-
tum liberet ab inſtantia, & mora ſibi
15 controuerſia, † quia non cogitur agens
mutare, & cum alio exercere actionē,
iuxta pleniſſimè notata in l. 1. per Bar.
Bal. Paul. de Caſt. & alios, C. vbi in rem
actio, per illum text. cum alijs allegatis
per Angel. Aret. in d. l. a ſententia, ſub
16 num. 8. † vbi pro agente mutare actio-
nem nolente, cautelam aſcribit, & pro

17 conuento, † vt litigare nō compellatur ipſe, ſed ſuus author, habes per Capic. in ſua deciſ.197. nume. 6. & per Rotam Bonon. in concl. 92. a nu. 5. ad fin.

18 † Ad pręmiſſos tamen effectus talis tertius, tum Actore, tum etiā Reo inuitis, admittitur, aduerſus Actorem tex. habes in l. ſi actor, ff. de procu. aduerſus vero Reum, in l. ſi pariter, allegata, vt per Angel. loco citato, nu. 9. quibus ita in modum præuie inſpectionis inductis, ad propoſita accedendo.

19 † Dum quæritur, an venientibus ad cauſam Tertiis beneficia competant; per breues cōcluſiones procedendo dicas:

20 quod aut loquimur de † venientibus ad impediendum, vel ad infringendum, vt in primis exemplis, & in his concludas, quòd cum ex integro iudicium habeant, ſi priuilegiati ſunt ſine dubio beneficia cōſequūtur, & quidem principaliter, quod noſtrę conſiderationis tranſcēdit modum, ex quo, vt dictum

21 eſt † per eius admiſſionem proceſſus inter principales litigantes non retardatur ad expeditionem vſque, & exequutionem, præſtita tamen cautione iuxta text. in l. is a quo, cum l. ſequ. ff. de rei vendi. & habetur in allegata Domi

22 ni de Franch deciſ. nu 6. † & præſertim ſi ad concluſionem deuentum ſit, & cauſę introductionem, quo caſu, ſi ad beneficia tantum ſe admitti petant, audiendi non ſunt, vt per Domi, de Fran. loco citato, num. 9 cum eo caſu neque principales contendentes admittãtur;
23 † Poſt vero publicatũ admiſſos huiuſmodi tertios, habes per Vrſillum in allegata deciſio 235 in fine, vt quia ſine partium per prius litigantium præiudicium, commodè tunc eorum iura valeant explicare, & his non plura hic, nam alia quędam ipſos tangentia in quinta conſidera. ſubiecta, comperies.
24 † Rurſus de venientibus poteſt ſententiam ad exequutionem impediendam, ſciſcitandum non eſt, cum nullatenus eis reſpondeant, quæ noſtrę ſu-
25 biacent conſiderationi, † quod ſi de venientibus aduerſus rem exequutam ſcruteris, dic, vt in ſequenti conſideratione, loco commodiori ſubiectum eſt, in fine.
26 † Succeſſiuè quãtum ad Tertios pro defenſione venientes attinet, ſi de primo loquamur, ad quem, videlicet, principaliter cauſæ ſpectat defenſio, ſub diſtinctione reſpondendum eſt, quòd

aut is ante litis conteſtationem compa rendo, vel etiam poſt litis conteſtationem a ſe tamen ignoratam, conuentũ a mota lite, & cõtrouerſia remouit, & tunc, cum priuilegiatus eſt ſuo loco ad beneficia principaliter admittitur. Aut vero poſt litis conteſtationẽ non ignoratam ad cauſam venit, et tunc licet cõuentum, vt ſupra remouere non poſſit, cum tamen ad adiuuandam cauſam admittatur; quod beneficia ex ſua perſona petere poſſit, concludendum videtur, quod, & in ſequenti capite dilucidabitur magis.

27 †Quòd ſi ſecundo loco de ęqualem cum conuento defenſionem habente quęras, idem, vt ſupra proximè concludendum ſuadetur, vt in allegata ſubiectionis cauſa, cum aduerſus ſubiectum lata ſententia dicto tertio plurimum obeſſe dicatur, vt in l. ſæpe, verſ. nam, &

28 ſi libertus, ff. de re iudicata, † vel ſi de re emphyteutica vindicanda contendatur, vbi æquè, & dominus directus, & emphyteuta admittũtur, vt per Valeſſium in ſuo tracta. iuris emphyteut. q. 20. num. 13.

Quantum vero ad tertium, vti Authorem venientem, non modicè, num

ad beneficia admittendus ſit, controuerſum eſt, & primo quò per contraria decurrēdo, rei veritas pateat pro Nega-
29 tiua ſententia poteris conſiderare, † q̄ talis Author admittitur ad cauſam in illis terminis in quibus ea reperitur, vt probat tex. in ca. fi. vt lite pendente in
30 6. & ratio eſt, † quia ius huius tertij regulatur ſecundum ius principalis conuenti iuxta plura allegata in Rota Bononi. in d. concl. 75. nu. 4. vnde per omnia primū proceſſum proſequitur, non autem nouum, ex doctrina Innocentij in vulgato c. cum ſuper, de re iudic. & deduxit Affl. in ſæpe allegata decil. 235. nu. 1. cum diſtinctione tamen de ſcientia, & ignorantia, de qua ſupra dictū eſt, de cuius veritate habes per Couarr. in d. lib. pract. q. c. 13 ſub nu 3. quē adeas, & in ſumma nō poteſt pluſquā principalis conuentus; ſed principalis, ſi priuilegiatus nō eſt, ad beneficia nō admittitur. ergo a primo ad vltimum neque & huiuſmodi tertius ad defendendum veniens.

Secundo pro eadem ex l. venditor, & ibi ex notatis per Angel. de iud. non leue extruitur argumentum, dum ibi-
31 dem cauetur expreſſim, † Tertium in

cauſa comparentem ex ſua perſona declinatoriam exceptionem opponere non poſſe.ergô multo magis,neque & hanc reſtitutionis iure ſpeciali indulgendam.

Tertio allegari poteſt, quòd præfatus Tertius,prout Affl. in d.deciſ. 15. conſiderare deprehenditur; nõ habet facultatem retardãdi proceſſum inter principales,ſed cauſa inter eos dicitur expediri, præſtita cautione per principalem Agentem, quòd ſi Author laudatus viuerit, reſtituet exequutionem emptori victo, cui per dictum Authorem perantea fuerat euictio promiſſa, iuxta terminos dictę l.is à quo.Sed per Beneficiorũ petitionem iudicium retardari noſceretur, ergo neganda eſſe dicendum.

32 † Quarto, & poſtremo accedat, quòd author iam dictus, etiam ſi agẽtem infra quartum gradum attingat, nec iuxta terminos pragmaticæ odia, quæ inter coniũctos de ordine iudicio compromiſſum fieri petere poteſt, ſi ad defendendum cauſam aduolarit, quòd & Baldus, & Angelus voluere in di.l. venditor,idem Baldus in vulgata l.j.C. vbi in rem actio, Bart.in allegata l. procurator,

curator, §. 1. ff. rem ratam haberi, quem refert; & ſequitur Ioan. Arnonius in ſuo ſingulari 70. ergo neque, & beneficia iure poſtulabit.

33 † Verum his, & alijs, quæ extrui poſſent, parum attentis contrariam ſententiam, & affirmatiuam in praxi receptã per Dominos de Conſilio videre eſt apud Affli. in d. deciſ. 15. vbi Vrſill. & in vulgata conſtitut. obſcuritatem, col. 5. verſ. an autem Author, & Couarru. iam in allegato cap. 14. nu. 3. & primo pro ea comprobãda cõſiderare liceat,

34 quòd, † qui ſententię effectum patitur, is ea condemnatus credendus eſt: ſed condemnatis principaliter conuentis, lata ſententia aduerſus authores laudatos abſque alio proceſſu operatur exequutionis effectum, vt habes in prag. Regni incip. dubitationem, ergo corũ quàm maximè putatur intereſſe optimas fabricari probationes, merito ergo pro eis reparãdis etiam cum beneficiorum terminis audiendi ſunt.

35 † Præterea, & ſecũdo accedat, quòd lex, vel conſtitutio memoratis priuilegiatis beneficia deferens inter principaliter, & acceſſoriè veniẽtes ad cauſã non diſtinguit, ergo neq; & nos diſtin-

guere debemus, l. de pretio, ff. de publ. præſertim publica præponderante uti-litate.

Tertio pro eadem ponderetur memorata diſpoſitio l. denique, §. genera-
36 liter, ff. mandati, dum ea cauetur, † cuique pro eo, quod ſua intereſt agenti, & de neceſſitate defendenti ex propria perſona ſuas opponere exceptiones nõ denegari, vt in allegata l. procurator, §. 1. ff. rem ratam habe. & habes per Bald. in l. quotiens, C. de preci. Imperato. offeren. & in l. tam mandatori, C. de non nume. pecun. & in l. 2. C. de pact. cum aliis allegatis per Ebolita. in Ritu curiæ 176. nu. 72. ergo neq; denegãda omiſſæ probationis exceptio, & conſequenter
37 ſupplicio, † cum ad opponendum admiſſus, ad exceptionem quoq; probandam habilitatus cenſeatur, vt alibi deductum eſt.

Quarto, & poſtremo dimiſſis ceteris
38 cõſiderari poteſt, † qđ ſi tertius ex ſua perſona poteſt iudicem recuſare, vt in ca. cum ſuper, vbi Doct. de officio delegati, ergo eidem pariter ex ſua perſona ad pinguius probandum præfata reſtitutio concedenda eſt, vt habes per Afflictum in vulgatis deciſionibus 15.

numero 3. & 235. in fine.

Qua ſententia ex prædictis recepta, parum obſtāt, quę in contrarium conſiderata ſunt. Et primo concedo, quòd ius ſuum ſecundum ius principalis quā tum ad proſequutionem regulandum ſit, & ſic quòd habitum proceſſum proſequi teneatur, & ſimilia; tamen non per hoc ſequitur, quòd ex ſua perſona ſibi iure ſpeciali competentes exceptiones opponere non poſſit, cū hoc aperto iure legatur cautum, aduerſus quod parum proficiunt probabiles argumentationes, vt habes in d. l. denique, § generaliter, & in d. l. procurator, § 1. cum ſimilibus, ergo, &c.

Nec pariter quod ſecundo loco ex l. venditor, allegata deductum eſt, of-
39 ficit, † nam, & illud ratione diuerſa conſtitutum intelligere eſt, vt non immerito a diſpoſitione dictę legis denique, § generaliter, receſſum ſit, & ſic quod rei conuenti perſonam circa forum metiamur, quod ipſum ad noſtrā
40 facti ſpeciem trahendum nō eſt: † obiter tamen dictę legis venditor diſpoſitionem limitabis non procedere in clericis: nam & ij quamuis iudicis ſecularis iuriſdictionem prorogare velint,

nõ poſſunt, iuxta plura allegata in Grã
matici deciſio 20 & in alia Boerij 333.
& per Cauenſem in ritu curiæ.

41 † Quod vero tertio loco ex l. is a quo
allegatum eſt, non bene in propoſito
adaptari poteſt: nam & in tertio veniẽ
te ad infringẽdum, locum habet: quo
caſu nõ impeditur, quin reſpectu vni'
pronuncietur, & mandetur exequutio
ni præſtita cautione, vt dictum eſt, vt
optime habes animaduerſum per Do-
minum de Fran. in vulgata diciſio. 261.
num. 7. & per Petrum de Ferra. in for-
ma libelli, in actione reali, in verbo, cõ
demnatis, num. 4 Nos vero de tertio
authore veniente ad defendendũ diſ-
ſerimus, cum quo defendere volente
de neceſſitate, citra tamẽ agentis prę-
iudicium circa inſtitutam actionem,
iudicium iam cęptum creditur pera-
gendum, iuxta ſupradicta, &c.

Nec denique quod de negata com-
promiſſi exceptione ſubiectum eſt, pu
42 tatur attendendum, † nam contraria
ſententia communiter recepta dicitur
per Vrſill. in allegata diciſi. 15. num. 5.
Et illam amplexus eſt Bart. ſibi con-
trarius in d. l. 1. C. vbi in rem actio, & in
diſputatione ſua quę incipit Conſiliũ

Ciuitatis Piſanę, quē per multa ſequutus eſt Aretinus in rub. inſtitutio. de except. nu. 16. vbi ſe bis pro huiuſmodi ſententia iudicaſſe, tanquam de iure veriori, proteſtatur, ergo, &c.

Stabit igitur firma concluſio, venientibus tertijs ad defendendum compe-
43 tere præfatas reſtitutiones, † cum aliquali tamen cauſæ cognitione intelligendo, quæ verſabitur in inſpiciendo articulos prędicti authoris priuilegiati ad inſpiciendum ſi ad cauſæ defenſionem faciant, qui ſi facere dignoſcētur, admittendi ſunt: quod ſi eius defenſionem nō reſpiciant, penitus excludendi veniunt, iuxta concluſa per Afflic. in vulgata deciſ. 15. in fine, & faciunt notata per Bart. in l. nam, & poſtea §. ſi minor. nu. 7. ff. de iureiurando, & hoc de tertijs dixiſſe ſatis ſit.

Vt tamen conſequentia alia deducamus, illud ulterius animaduertendū eſt, quod ſi minoribus tantum, & cœteris paribus priuilegiatis concedi beneficia inductis ſupra legibus, & rationibus mandatum ſit, unde excluſos
44 facile intelligis, † eis tamen eadem cōpetere tibi effingere poteris, quod ipſum expreſſè aduerſus præfatorum iu-

rium diſpoſitionem apparet enuntiatum; quæ nec pariter pro minoribus, alijsque priuilegiatis ſubſtinenda eſſet.
45 †Nam & aduerſus dolum minor non debet reſtitui, vt in l. 1. C. ſi aduerſ. delictum. Sed in caſu noſtro de dolo circa teſtium ſubornationem dubitatur, & in ſpecie de dolo tutoris, iuxta textum in auth. atqui ſemel, C. de probationi.
46 †ergo iniuria, & contra legis diſpoſitionem is ad reſtitutiones prædictas admittitur.

Sed reſponderi poteſt ex intentione Guglielmi de Cuneo in l. ſi quis ex argentarijs, §. fina. ff. de edendo, quòd quantũ ad minorem in ipſo dolus non
47 pręſumitur, † & reſtituitur aduerſus dolum præſumptum, iuxta allegata per Bart. in l. 1. §. nuntiatio, ſub nu. 33. ff. de noui oper. nuntia. quantum vero ad tutorem, ceſſat in eo timor ſubornationis, cum nequaquam de proprio eius commodo tractetur, vt in l. videamus,
48 §. 1. de in litem iurando. † & quatenus tutori dolus ineſſet, is minori detrimẽto eſſe non debet, vt in toto tit. ff. quãdo ex facto tuto. & in l. apud Celſum, §. illa, ff. de doli exceptio. ergo, &c.

Præterea contra prædicta inſtari poſſet,

ſet, quòd licèt minor aduerſus dolum
49 pręſumptum reſtituatur, vt ſup. † non tamen reſtituendus dicitur aduerſus dolum pręſumptum in futurum, vt in l. auxilium, ff. de mino. ſed ſubornationis timor dolum pręſumptum in futurum complectitur, ergo de reſtitutione tractandum non eſt.

50 † Reſponderi tamen poteſt, vt per Bar. loco allegato, nu. 34 quòd dum qs tractat de ſe reſtituendo aduerſus dolũ præſumptum in futurum, aut patitur damnum de præſenti, aut nullum: ſi patitur damnum, tunc bene reſtituitur vt in caſu noſtro: altero vero caſu nequaquam, & ita procedit contrarium: Quare a primo ad vltimum rationabiliter prædictis competere beneficia ſequitur indubitatum.

51 † Quantum vero ad maiores attinet, quò contrariorum iurium obiectio diluatur, hoc pacto diſtinguendo rem decidere poteris, quòd ſcilicet beneficia ipſa quantum ad pręmiſſa, in duplici conſideratione verſantur, & ſic vel quoad eorũ petitionem, vel quoad vsũ primo caſu minoribus dumtaxat, alijſque priuilegiatis eorum petitionem competere aſſeuerabis, atque ita præfata

ſata iura de hac ipſa re loquentia, intelligenda ſunt.

Secundo vero caſu,cũ per priuilegia tos petita ſunt eiſdemque conceſſa:tũc .n.vſus aliis in cauſa agẽtibus,vel excipientibus maioribus cõmunicabitur, vt in l.1.& 2.C.ſi aduerſ.trãſ.l. vnica,C. ſi in comm.eademq; cauſa, l.minor, & ibi gloſſ.& l. quod ſi minor, §.reſtitutio,ff.de min.habetur per Bald.in l.per hanc,C.de temp.appel. in fi.& Specu. in §.videndum,in verſ.in ſumma,in ti.
52 de dilatio.† eorum etenim terminus communis intelligitur,vt optimè concludit Bartol.de Capua in allegato ſingula. 104. vbi conſimile principaliter
53 ponderat,& Afflic.in deciſ 89.in fi.† & in ſum.dilationes omnes inter colligatores communicari cõcludas iuxta notata in vulgata l.petendę, per gl. Bar.Saly.& Doct.alios, & habes in Ritu Magnæ Curiæ 90. quod ipſum ampliabis
54 tu,† vt etiã procedat in omnibus his, quæ litis ordinationem reſpiciunt; vt habetur per gl. in §. ex contrario,inſtitutio.quib aliena.licet,vel non in ver-
55 bo,omni dãno, in additione,†vnde ſi aliquis dies eſt feriatus quoad te, vt nõ poſſis conueniri,nec pariter alios conueni-

uenire poteris, & ſic cenſendus eſt ēt feriatus contra, quod voluit Barto. in l. die Sabbati, C. de Iudęis, & in l. fi. §. donec, C. de iure deliberandi, quæ omnia ratione non carent, ſi ea exequiratur,
56 † nam in iudicijs æqualitas ſeruāda eſt, l. fin. C. de fructi. & litium expenſis, vbi plene hoc proſequitur Salycetus, & Rota Bonon. in concluſio. 76. nu. 13 & faciunt alia plura allegata, & notata p Hippoli. de Marſilijs in ſingula 186. & in l. amiciſſimos, ſ. Lucius, ff. de excuſatio. tuto. vbi Baldus in 2. col.
57 † Et licet dicatur, quòd illud, quod in fauorem inductum eſt, non debet in odium retorqueri, vulgata l. qđ fauore, cum allegatis paribus, illud ſanè non vendicat ſibi locum in lucro legis, vt declarat Bal. in l. hac edictali, C. de ſecūdis nuptijs, in 7. oppoſitione, eo maximè quia communicatio prædicta rationabilis eſt, atq; in ipſius fauoris conſequentiam venire exiſtimatur, vt in l. cum ex oratione, §. fin. ff. de excuſatio. tuto. quod ita in propoſito Angelus ſentire deprehēditur in l. qui res, § huic applicatur, ff. de ſolutio. & in d. l. petendę, in prima col.

Ad cuius rei comprobationem accedat,

cedat, quod ſingulariter decidit, idem Bal. in memorata l. quod fauore, in 12.
58 oppoſitione, quod ſcilicet, † ſi alicui ciuitatis priuilegium in ſui fauorem cõcedatur, tenebitur is tanquam Ciuis ad collectas, & alia onera ciuitatis, nam iſtud propriè loquendo non dicitur odium. Sed dicitur quid profluens a natura rei conceſſę, ideſt Ciuilitatis, cui hoc onus dicitur annexum, non igitur pari ratione in odium talis terminorũ communicatio trahenda eſt, quia, & ipſa ex natura beneficij conceſſi venire exiſtimatur ex prædictis ad quod pariter accedat qđ notabiliter voluit Paul. Caſtrenſis in l. ſi duo, per illum text. ff.
59 de acquir. hęredita. † quòd qui acceptat vnum, videtur ſe obligare omnibus loquentibus de illo, ſed hoc ſatis.

Ex his tamen illud conſequens eſt,
60 † quòd ſi de litis deciſionem ſpectantibus loquamur, ea minime communicanda ſunt, vt in d. §. ex contrario, gloſator edixit, & habetur etiam de prædictis per Aretin. in §. ſi minus, num. 11. inſtitutio. de actionibus, & per Caual. in ſuo tracta. de tutore, & curatore. fol. 110. num. 175.

Conſequenter quod de maioribus ad

ad beneficiorum vſum admittendis adnotatũ eſt, vario modo intelligi poteſt: & ſic ſiue in priuilegiatorũ litibus aduerſarij ſint, aut eorum in litibus cõſortes. de primo non datur amplius, quod dubitemus per prędicta: de ſecũdo, & ſic de litium cõſortibus dubitari poſſet, nam non fuit prętoris propoſitum, minores reſtitui mandantis hos includi, vti bene probat tex. in l. 3. §. ſed vtrum, ff. de mino. vbi Bal. notat, in fine. ergo neque per nos includendi, & facit text. in l. vnica, C. ſi in commu. eademque cauſa.

61 † Quicquid tamen ſit, facto priuilegiatorum miſerabilium memoratos litis conſortes ad beneficiorum obtentorum vſum admitti debere explorati iuris eſt, prout voluit Bar. in d l. vnica, nu. 7. & in l. j. §. nuntiatio, allegato, ff. de noui operis nuntiatio. Affl. in vulgata conſtitutio obſcuritatem, Rotam Bononienſem in ſua concluſio 4. nu. 2. & Menoch. in conſil. 123. nu. 15. & 1. comprobatur hoc ipſum expreſsè in l. 1. & 2. C. ſi vnus ex pluribus appellauerit,
62 † vbi ſi ex pluribus condemnatis vnus appellauerit, & vicerit, eius victoria aliis litis conſortibus proficere intelligitur,

gitur, ergo idem, & in caſu noſtro, & habes per Capp. Tholoſ. in deciſio. 55. in additio. col. 4.

Secundo accedat tex. in l. 1. C. de diuerſis reſcriptis, dum ibi cauetur expreſ
63 ſim, † reſcriptum in communi cauſa ab vno ex litigantibus impetratū, ad alios litis conſortes porrigi, ergo, & quod ſequitur.

Tertio, & poſtremo dimiſſis cęteris ponderetur tex. in l. ſi communem, ff. quemadmodum ſeruit. amitta. dum
64 ex eo elicitur, † quod conſequitur quis per ſocium, quod per ſe non poteſt: & ſic in propoſito licet litis conſortes maiores ad petenda beneficia admitti nō poſſint, tamen ratione obtinentis ſocij
65 priuilegiati, benè admitti poterūt, † & in ſumma ex dicti textus diſpoſitione, ita in ſacro Conſilio iudicatum refert idem Dominus de Affl. in ſua deciſio. 213. & faciunt notata per Boer. in deciſio. 300. Innoc. in c. ad audientiam. de præſcr. Iaſ. in l. mater. nu. 10. ff de inoff. teſta. & in l. emanci. C. de collat.

66 † Pro concordia tamen, & declaratione in pręmiſſis conſiderabis, quòd aut cauſa inter præfatos litis conſortes diuidua eſt, aut indiuidua: primo loco

de

de communicanda reſtitutione differendum non eſt, vt C. ſi in commu. eademq; cauſa, allegata l. vnica. Secundo vero caſu obtinebit: quæ ſupra cõprobata eſt ſententia, prout Bal. voluit, & diſtinguit in d. l. 3. §. vtrum, Menoc. in d. conſi. 123. Affl. in d. deciſ. 213. & cęteri per eum allegati, & gl. in d. conſtit. obſcuritatem. in ver. an autem Tertius, circa finem. Vnde ad præfatam concluſionem limitationem habes.

67 † Quæ vero de maioribus priuilegiatorum aduerſariis, ſententia dicta eſt in præcedentibus, limitatur adhuc, vt nõ procedat in maiore aduerſario doloſo, vtputa quia iudicium diſtuliſſet ad excludendam minoris reſtitutionẽ: licet enim alias iuxta proximè dicta terminus in beneficiis ſtatutus cõmunis prę

68 dicetur, † non tamẽ eo quis iuuari debet, quod per dolũ, fraudemve abeſſe voluit, de quo eſt text. qui circũfertur, in l. qui res, vbi Bar. quem refert, & ſequitur Petr. de Rauen. in ſingu. 622. ff.

69 de ſolutionibus, † Nec præterea alicui proprius dolus patrocinari debet, vt in l. in fundo, ff. de rei vendicat. cap. ſedes Apoſtolica, de reſcri. & habetur p Marcum Mant. in ſuo ſingul. 525. incip. mi

nor publicato proceſſu in fi.

Sed his duplex queſtio ſubnectenda eſt, quarum altera maiorē aduerſariū reſpicit: Altera verò minoris, in lite conſortem: & ſic quia dictum eſt, terminum in obtento beneficio præfixū maiori aduerſario communicandum:

70 Quæri illud poteſt, † Num obtento beneficio minor valeat renunciare, quo minus maior aduerſario eo vtatur?

Et primo pro Negatiua ſententia reſpondendum multa ſuggerunt, & pro ea comprobanda primo accedat text. in l.ampliorem, C.de appel. dum ibi ca

71 uetur, expreſſim, † appellantem inuito appellato renuntiare appellationi non poſſe, vti etiam notatur per Barto.in d. l.petendę.

72 † Secundò cōſiderare licet, Clericum ad ſeculare iudicium trahi non poſſe, ut in regni conſtitu.incip. de perſonis, & in conſtitut.Quanto, & in capit.Regni, incip. Item ſtatuimus, quòd clerici, & in Ritu Magnę Curiæ, incip. Item ſi aliquis clericus. cum ſimilib. tamen ſi ijs coram ſæculari Magiſtratu Laicū euocarit, & aduerſus eum conuentus laicus reconuentionem legitimè fabricauerit, tunc quidem in eum pari paſſu

per

per laicum Magiſtratum in cauſa reconuẽtionis procedetur. Nec tale iudicium vitare clericus poterit inſtitutę conuentioni renuntiãdo, vt per Speculato. in tit. de reconuen. in fine. ſecundum quam ſententiam in Sacro Conſilio iudicatum apud Afflictum legere eſt in ſua deciſ. 173. quos refert, & ſequitur nouiſſimè Dominus de Franch. in ſua deciſ. 349. & in deciſ. 193. per Ritũ Curiæ, inci. Item quod ſi clerici in maioribus: intelligendo vlterius, quod dictum eſt, vt per Bal. & Alex. in l. 3. ff. quod quiſq. iuris, & Petr. de Rauen. in ſuo ſingu. 623. de quo dicam infra, ergo idem, & in noſtro caſu.

73 †Preterea, & tertio argui poteſt, quod Princeps non poteſt priuilegium reuocare, vbi illud in contractum, vel quaſi abiit, vt per Ant. de Butr. in c. cum M. col. 5. de conſtit. & Abba. in c. in noſtra,
74 de iniuriis & damno dato. †ſed in iudiciis dicitur quaſi contrahi, iuribus vulgaribus, ergo ex tali contractu maiori competens beneficium, ab eo nec etiã per Principem remoueri debet.

Quarto, & poſtremo conſiderari poteſt, quòd dilationes eſſe cõmunes indiſtinctè enunciatum eſt: ergo aliquo pa-

cto ea in re diſtinguendum non puta-mus, præſertim cum huiuſmodi vſus prędictis ex pręfata iuris communis regula tribuatur, qua in iudiciis æqualitas præcipitur cuſtodienda, iuribus ſupra vulgaribus, ergo ex perſona renuntiantis minoris, maior eo iure priuari non poterit, de quo, & Portius meminit in §. ſed ea omnia, inſtitu de hæred. quæ ab inteſt. deferun. vbi gloſ. in verbo, inſtitutus, nu. 7.

His tamen, & aliis pluribus, quę pro præmiſſa ſentẽtia cumulari poſſent, parum conſideratis, contrariam affirmatiuam hæc potiſſimũ adiuuare videntur, cõſiderando primum, minoribus beneficium, aut aliis quibuſuis priuilegiatis ſpeciali iure decerni. quare rationi conſentaneũ eſt, ne cum minor nõ vtatur, vt quia vti nolit, eo maior aduerſarius potiatur, per tex. in l. ſi iudex, ff. de min. & habetur per Bar. in d. l. petende, & in allegato §. nuntiatio.

75 † Secũdo pro ea accedat, quòd licet regulariter nõ poſſit Princeps ſine cauſa alicui rei ſuę dominiũ auferre, iſtud tamen non procedere intelligitur in caſu, in quo tale dominum Principis facto, & conceſſione ei fuiſſet quęſitũ,

vt

vt per Angelum in l. Antiochenſium, ff. de priuilegiis credito. cum paribus al legatis per Gabriell lib. 3. commu. conclu ſio. in ti. de iure quęſito, concluſio. 1. verſ. 2. limita principaliter. Sed dictũ beneficiũ facto minoris, ei dicitur concedi, & ipſę minor petendo, & obtinẽdo propriè illud concedere uidetur. ergo rationabiliter eo, cum voluerit maiorẽ aduerſarium priuare, poterit, præſertim ratione exiſtente, & ſic ne minor ex hoc ipſo lædatur.

Tertio a maioritate rationis in hoc
76 thema arguatur, † ſi maior aduerſarius teſtib' in beneficio examinatis vti prohibetur, ſi in eodẽ minor aliquam non exurit probationem, vt deducitur per Vrſillum in additione ad Affl. deciſio. 89. in fine, ergo multo magis minore vti nolente, & expreſſe renuntiante, ꝑ maiorem aduerſarium teſtium facienda productio, reiiciẽda eſt, ne illum in nulliter faciẽda teſtium productione, & examinatione expenſis vexari contingat, ſuper quo tamen poteris cogitare.
77 † Quarto, & vltimo accedat, quod is, qui pro ſe in cauſa iuris congrui ſententiam obtinuit, præfacto pro ſe facienti 85

iuri, etiam inuito aduerſario renuntiare poteſt, prout concluſum, & iudicatum in conſilio nouiſſimè refert Dominus de Franch. in ſua deciſio. 346. col. 2. intelligēdo, quod plus eſt, vt nedum ante ſententiam tale ius ſibi repudiare liceat, ſed etiam poſt eam obtentam, vt ibidem per eum, non obſtante in contrarium Nico. Boe. deciſ. 48. ergo ita pariter, & in caſu noſtro aſſeuerandum, vt ſcilicet beneficium huiuſmodi valeat minor quoque repudiare, vtcūque pars ex aduerſo conqueratur.

Qua opinione hóc modo admiſſa, q̄ in contrarium conſiderata ſunt, parū obſtare dignoſcentur, ſi diligens ad ea habeatur animaduerſio: & proinde cōſiderandum eſt, diuerſam eſſe in caſu propoſito, & in ponderatis contrarijs rationem: quod ſi ita eſt, omnis ex eis deducta illatio improbāda eſt, vulgata l. Papin. exuli, ff. de mino. cum cœteris paribus. quod ipſum facili negotio demoſtratur, & primo, quod de appellatione conſideratū eſt, illud iure communi procedit: quare in conſequentiam, & ſic ad caſum noſtrum trahendum non eſt, † vbi huiuſmodi beneficium ſpeciali iure minori decernitur,

38

ex iam dictis ſatis liquet.

Quod vero rurſus de clerico dictum eſt, peculiari ratione non caret, nam & dedignari non debet clericus illum cõtra ſe iudicem habere, quem pro ſe elegit, neue etiam pro earum immortalitatem cauſę ipſe protrahãtur, ac diuerſorum tribunalium aditione pro ſuarũ rerum conſequutione laboribus, & expenſis laici conuenti conterantur, ergo, &c.

Nec pariter tertiam obſtare conſiderationem depręhendes, ſi illam ad ſecundum pro recepta affirmatiua, deductum argumẽtum, conferas: quarę pro ſolutione dic, vt ibi.

Minus etiam obſtat, quod vltimo loco, dictum eſt, nam, & illud facilè in cõtrarium retorquetur, nam ſi minore non vtente, vel eo vti nolente, eodem maior frueretur, tum ne quaquam cõmendata æqualitas procederet. Quare concludendo, cum eius gratia talis reſtitutio inducta ſit, ſuccedat, quòd dici

79 tur, † quemlibet ſuo fauori renuntiare poſſe. l. in conſcribendo, C. de pactis, & habetur optimè per Cauenſem in vulgata pragmat. poſt prædictas num. 5. de ordine iudicio. per text. in d. l. ſi iudex.

ybi

vbi Bart. & in l.ſi poſt mortem,§.fi.ff. de bono poſſeſſio contratabulas.
80 † Non defuerunt tamen, qui in hac ipſa controuerſia Doctorum diſſidentes ſententias conciliare ſtuduerint, ita vt illud in multis iactatū negotijs protulerint, quod aut renuntiationis factę tempore res integra eſt, aut conuerſo ordine non integra, integram rem eſſe in materia intelligentes, ſi poſt obtentum beneficium ad aliquem actum incumbentem processum nō ſit, vtputa quia articuli præſentati non ſint, nec teſtes citati, aut alia ſucceſſiuè actitanda, quo caſu affirmatiuè ſententię abſque dubitatione locum tribuunt, quaſi quod caſu pdicto ad eius termini uſum, qui communis eſt, deuentum non ſit, nudo tantummodo ſpeciali principio conſiſtente, quod pręter obtinētis minoris voluntatem, ad actum deducēdū non videtur. Altero vero caſu, & ſic vbi ad prædicta res protracta eſt, Negatiuam procedere rationabiliter contēdunt, per tex. in l. ſi pecuniam, ff. de cōdictio. cauſa data, in ver. Nam ſi ita res ſe habeat, quem ad hoc in dic. l. petēdæ, & in allegata l. ſi iudex, Bar. ipſe expendere deprehenditur, & facit etiam tex.
in

in l. 2. C. de abolit. quem ad hoc idem expēdit Iaſon in addit. ad Portium in dicto §. ſed ea omnia, vbi in propoſito, cum eadē relata diſtinctione pertrāſit.
81 † Hinc limitādum intelligere poteris, quod ſupra de reconuento clerico adnotatum eſt: nam ſi & ipſe quoq; re integra conuentioni renuntiauerit, non creditur vlterius coram ſeculari iudice in reconuentionis iudicio alligari, vt p Dominum de Fran. in allegata deciſi. 349. in fi. & Petrum de Rauen. in citato ſingula. 623.
82 † Attamen poſtpoſitis huc vſq; cōcluſis negatiuam ſententiam vti veriorē Ant. de Alexan. ſequutus eſſe videtur, nulla prorſus, in hoc conſiderata diſtinctione, vt qui ſiue res integra ſiue non integra ſit, obtente reſtitutioni renunciari nō poſſe ſenſit, vt hoc ipſum Dominus de Franch. memorat in deciſio. 269. atque ita in practica ſeruari idem Dominus de Alexādro teſtatur in vulgata; l. petendæ. in vlt. notabili.
Quod ſi cum prædicto magnæ authoritatis viro tranſire intendas, aduerte, quòd eius ſententia pro te admiſſa, adhuc ſubſiſtere creduntur, quæ pro ea ſuperius allegata ſunt: nam vt videre li-
cet

cet, illis accõmodata reſponſio in hoc conſiſtere intelligitur, quòd videlicet, iure ſpeciali beneficiorum conceſſio ſubſtineatur: quod, & ſi re ipſa inſpecta negari non poſſit, nõ tamen aufertur tibi attentare, illa obtẽta maioribus cõmuni iure communicari iuxta pluribus authoritatibus ſupra comprobatã regulam: quare ius iſtud quæſitũ nõ facile perimi poteſt, quòd ipſum ex infra dicendis comprobabitur magis, & interim ſupraſcripta conferendo tecũ pro virium facultate póteris cogitare.

83 † Atque ex his ad ſecundam alteram queſtionem decurramus, pro cuius expeditione in præcedẽti quæſtione ſuppoſitam negatiuam ampliabis, vt etiã procedere intelligatur, quoad litis conſortes: nam cum, & hi ex ſupraſcriptis, ex priuilegiatorum perſonis ad beneficiorum vſum admittantur, nõ officere eis pariter per minorem, aut alios beneficiorum facta renunciatio intelligetur, etiam aduerſus ipſoſmet priuilegia tós obtinẽtes: quòd eo caſu procedere exaudiendum eſt, vbi ipſis priuilegiatis ab eorum aduerſariis in lite cederetur, quemadmodum in d. l. petendę, in vlti. notab. idem inſignis Doct. Ant. de

Alexan.offenditur concludere, quod ipſum ꝑ plura cõprobari poſſe attende.
84 †Et primo mutatio perſonæ non mutat cauſam cum, & illud facere poſſit pſona ſuffecta, quòd perſona, quę abſcedit, facere poterat, iuxta notata in l. 1. C. vbi in rem actio: at ſic eſt, quòd beneficio obtento ante ceſſionem, cauſa in eo ſtatu erat, vt omnes collitigatores in termino prȩfixo probare valuerint, ergo indiſtinctè tales conſortes admittẽdi ſunt, nulla oppoſita renunciatione obſtante, ſed ſuper allegata diſpoſi. vide per Maran. in conſi. 99. nu 4.
85 †Secundo argui poteſt, quòd naturalia, vbi cum accidentalibus concurrũt, præualent, iuribus vulgaribus: at naturale eſt, quod iam conceſſa dilatio communicatur: accidentale, quòd minori in lite cedatur: ergo ſiue cedatur, ſiue non, ſemper litis conſortem in termino, in beneficio prȩfixo, admittendũ conſequens eſt.
86 †Tertio accedat, quod colluſionibus nõ eſt aperiendus aditus, ſed quam maxime econtra prȩcludendus, arg. c. audiuimus, de colluſi. deteg. & modo prȩdicto ſatis pateret, vt quia non bene probaſſe litis conſortem deprȩhenderint,

quare

quare ad elidēda eius iura id ipſum fie
ri exquiri potuiſſet, vel poſſet, ergo, &
quod ſequitur.
87 †Quarto, & vltimo accedat iuris vulgata diſpoſitio, quæ ſe habet, quòd beneficio, quod habeo abſte, etiam te inuito vti poſſum, vt in l. ex perſona, ff. de fideiuſ. ergo idē, & in caſu noſtro dicēdū eſt, qđ ſcilicet minore inuito huiuſmodi obtēto beneficio memoratus in lite conſors vti poterit. ad quod faciūt notata per Docto. & in ſpecie per Alexan. in l. poſthumo, C. de bono. poſſeſſ. contra tabulas.
Contrariam autem ſententiam alia multa ſuadere noſcūtur, & primo pro ea accedat tex. in alleg. l. ſi poſt mortē, §. ſi qui propter, ff. de bono. poſſeſſio. cont. tab. dum ibi cauetur expreſſim,
88 † inſtitutum preteriti beneficio aduerſus alium bonorum poſſeſſionem contra tabulas accipere poſſe, ergo ſequitur aduerſus eundemmet præteritum hoc ipſum eidem non licere. Quare vt ad rem noſtram decurramus, illud conſequens eſt, vt dicamus, vel talem litis cō ſortem aduerſus obtinentem minorē decreto beneficio vti non poſſe, vel ratione aliqua a præfata iuris diſpoſitio-
ne

ne in hoc eſſe receſſum: at hæc nec colorata reddi poteſt; ergo indubitatũ, quod ſuppoſuimus alterum intelligendum eſt: quod autem cõtra alium eo vti poſſit, concordat tex. in l. 1. in fine, iuncta l. ſequenti, ff. de noui oper. nũntiatio.

89 † Præterea, & ſecũdo accedat, quod cum parentes ob numerum liberorũ a tutelis, & curationib⁹ excuſationem habeant, vt habes latius inſtitutio. de excuſatio. tuto. & curat. illud tamen a Iuriſcõſulto deciſum legere eſt, huiuſmodi beneficio eos iuuari non poſſe, cum aduerſus ipſoſmet filios illud allegare præſumunt, vt legitur text. in d. l. amiciſſimos, §. Lutius Titius, ff. de exc. tut. ergo, & non impari ratione idem in propoſita ſpecie ſuadetur concludendum.

Denique accedat quod alios ſuperuacuè a Doctoribus conſideratum eſt, & in ſpecie per Nico. Bollo. in §. emancipatos, inſtitu. de exhęred. lib. in fine, ex Bar. tamē intentione in d. §. Lutius

90 Titius, † quod quamuis, ſcilicet militis vxor debeat domina vocari, idque ex maritorum priuilegio, cum eorum radijs corruſcare dicantur, a Iuriſconſulto in l. fœminę, ff. de Senato. Tamen

modo

modo prædicto ab ipſomet viro de ne ceſſitate vocanda non eſt. ergo licet huiuſmodi in lite conſors ad obtentũ beneficiũ admittatur, quia tamen hoc ei ex minoris perſona accidit, merito eodem aduerſus eundemmet mino- rem vti non poterit,
91 † Quid dicendum? ego quidem pro Negatiua ſententia reſpondendum pu to: verum antequam eius vna ſimul certa iaciamus fundamenta, illa ſe of- fert diſcutienda brocardica diſpoſitio,
92 † an, & quando beneficio, quod habeo abſte, poſſim uti contra te. Qua in re ita ex Barto. intentione in d. l. ſi poſt mor- tem, §. ij. qui propter, diſtinguere pote ris, Quòd aut beneficium, quod habeo abſte, competit mihi ipſo iure, aut ali- quo tuo miniſterio ſeu facto interce- dente. primo caſu, & ſic cum iure ipſo competit, rurſus diſtinguas, quòd aut dicto beneficio contra te uti intendo, & non poſſum, ut in d. l. amiciſſimos, in fine. in hoc tamen aduertendum pu to, quòd potius ex ea in cõtrarium ex- truitur argumentum, ut uidere poteris apud Barto. in ſuo ſingu. *69.* Aut uero aduerſus alios, & bene poſſum, ut in allegata l. 1. cum l. ſeq. de no. ope. nun- tiatio.

ciatio. Secundò verò caſu principali & ſic vbi alteri⁹ miniſterio recipitur, alio pacto dicas: & ſic, quòd aut ille qui beneficio vti intendit, agit de lucro captã do, & tunc inuito eo, cuius gratia illud habuit, eodem vti non poteſt, vt in l. nonnũquam, ff. de legatis præſtan. Aut verò de dãno, vel quaſi vitando, & tũc pariter diſtinguendum eſt, quòd aut tale beneficium communi iure decernitur, aut ſpeciali, primo caſu, ẽt te inuito eo experiri poteſt, vt in d. l. ex perſona. Secũdo vero, & poſtremo, nequaquã, vt in vulgata l. ſi iudex, de mino. Quare concludendo, cum tale beneficiũ huic conſorti in lite minoris petentis, aut alterius priuilegiati miniſterio iure ſpeciali tribuatur, non eſt, quod dubitare poſſimus, quin cõcludendum ſit, eius vſum in caſu præmiſſo ſibi iure denegari, cum præfato modo minoris voluntas deficit.

93 † Quæ iam recitatis modis firmata concluſio reſtringenda eſt, vt non procedat quoad alios, nam cõtra eos benè eo uti poterit, atq; ita in ſacro conſilio pronunciatum extitit, ita nouiſſimè referente Domino de Franchis in ſupra allegata deciſione.

M Qua

Qua denique ſic firmata, & limitata non putes ad contrariorum diſſolutionem procedendū, tum quia, quæ legūtur inducta, leuia ſunt, cumq; ēt ex ꝑpoſita diſtinctione optimè diſſoluant̄.

94 † Denique pro complemento illud prædictis addendum putauimus, vt, ſcilicet videamus quemadmodum inter obtinentem minorem aut alios priuilegiatos beneficia ipſa, & maiores aduerſarios eorum vſus conſiderandus veniat. Qua in re, ne rerum externarum

95 coaceruatione fatigemur, † hac ipſa ſubijcienda diſtinctione illam in vniuerſum complecti poteris, videlicet, quòd aut minor, vel quęuis alia perſona priuilegiata, omiſſa veteri habita diſtinctione, ſibi limitatè decerni reſtitutionem exigit, aut ſimpliciter. primo caſu ſubdiſtinguendum eſt, quòd aut propoſita hæc limitata petitio reſpicit poſita tantum, aut ex eis vnum, ſeu aliqua capitula, aut deniq; de nouo dumtaxat ponenda. primo rurſus caſu, vbi ad poſita tantum reſtitutio obtenta eſt, dicēdum, quòd aut minor iſte, ſeu quis uis alter priuilegiatus in principali termino ſuas extruxit probationes, aut nihil produxit, probauitque: ſi probauit, cōmune

mune inter eos quoad omnia poſita, ex iam dictis beneficium intelligas: poterit enim eo caſu maior aduerſarius ad ſui libitum veteribus teſtibus nouos confirmantes ſuperinducere, quemadmodum iuxta notata in l. petendę, vulgo in materia, expoſita deduxit Afflictus in deciſio. 89 in fine.

Si vero non probauit, tunc idem obſeruandum, quod in proximo præcedēti caſu poſitum eſt, & pręſertim ſi p minorem non facta probatio cauſa exiterit, ne maior pluribus adhibitis teſtes produxerit, vtputa quod iudex aduertens minorem nō probare, maioris teſtium numerum refrenauerit: quo caſu etiam communi iure poſt publicatum auditur maior, & poſt concluſum per obtentam a minore reſtitutionē, vt habes poſt Bar. in d. §. nūciatio, in fine, qđ & dilucidius proſequitur Socinus in ſuo conſil. 110. inci. inſignis, vol. 4. a nu 11. vſque ad finem.

Secundo caſu primi membri principalis cōcluſio eſt, ſine tergiuerſatione comprobata, ſuper aliis in limitata beneficij conceſſione non compręhenſis extruere nouas probationes ad veterum confirmationem non licere, cum

ſuper eis nulla ſit reſtitutito deſignata, arg.infra dicendorum, & allegandorũ.

Tertio vero caſu iam dicti membri, & ſic vbi ad de nouo ponenda tantum reſtitutio decreta eſt, tunc nequaquã maiori aduerſario commune eſſe beneficiũ deduxit Afflictus loco allegato.

96 † Vbi eius verba expungenda occurrunt: nam cum dicit, & noua ponenda, non intelliguntur de directo contraria, ad hoc, vt beneficium ſit cõmune. addas tu negationẽ, et dicas ad hoc, vt beneficium non ſit commune, prout eſſe debet, ſupple regulariter, quaſi ꝙ cõcludẽdo hoc in ſumma dicere velit, ꝙ quauis obtentum beneficium inter collitigatores, rationibus, & cauſis, de quibus ſupra, commune intelligendũ ſit, tamen nõ procedit, vbi ad noua ponenda tanto expetitum illud eſt, quia tunc nulla eius eſt cõmunicatio: nam tunc ſimpliciter miſerabilitati abſque aliquo aduerſariorum maiorum pręiudicio prouidetur: & vt exactius demõſtraret, quænam de nouo ponenda in-
97 telligenda eſſent, ſubijcit, † quòd quæ directo contraria ponuntur in principali termino alias probanda, non probata, nequaquam noua capitula exiſtimanda

manda, ſed benè pœnitus antiqua, in quo defeciſſe quodāmodo in additione ad Afflictum loco allegato Vrſillū comperies, non, vt par erat, eius dicta perpendentem.

Denique ſecundo membro primæ diſtinctionis principalis, dic vt in ſimplicibus expoſitis capitibus latius adnotatum eſt, illud pro coronide ſubijciendo, de quo in precedentibus, quòd ſi minor in obtento beneficio aliquid non probauit, quòd nec etiam maior aduerſarius probationibus in dicto beneficio extructis vti poterit, ea ratione, quia minòri tributum beneficium, ei maleficiū cederet, vt per Vrſil. loco cit.

98 †Quicquid tamen ſit, licet propoſita diſtinctio ſatis comprobata procedat, nihilominus in hoc Regno in contrarium communis practica conuolauit, tali propoſita diſtinctione, vti ſcrupuloſa nimis, pęnitus intermiſſa, vſuq; ea receptum, quòd beneficio minori, vel alteri priuilegiato conceſſò, indiſtinctè eo maior aduerſarius vtatur, & ſic ad ſui libitum nullo de prædictis conſiderato, ut loco allegato idem Vrſillus teſtatur: excepto tamen eo, quod de limitate petito beneficio adnotatum eſt,

de quo per Bal. in uulgata l. per. hanc, & Dominum de Franc. in ſua deciſio. memorata 269. nam, & illud in uiridi obſeruatione verſatur.

99 † Hinc etiam ex prędictis nouiſſimè conſiderandum eſt, pręfacta beneficia, nedum ſuper nouis, ſed etiam ſuper eiſdem, & de directo cõtrarijs peti poſſe, licet in contrarium præſtare argumentum depræhendatur tex. in ca. Fraternitatibus, de teſtibus, cũ in Regno per uulgatas conſtitutiones beneficiorum uſus ſemper talem habuerit interpraetationem, ut in uulgato loco ordinario, & ſic in conſtituti. obſcuritatem in 8. quæſti. Affli. notat. quare minime immutandus eſt, iuxta uulgaria, & uide Menoch. in conſil. 188 num. 1.

100 † Supereſt illud modo, ut ultimam principaliter propoſitarum partẽ abſoluamus, quæ in eo verſari depræhenditur, vt breuibus, coram quibus iudicibus, quæ a nobis tractatur, reſtitutio experenda ſit, videamus. Qua in re illud primo loco tibi animaduersũ vo-

101 lo, † reſtitutionem in iudiciis, & principaliter, & incidenter deduci, vt in ca. cauſa reſtitutionis, de in integr. reſtitutio. de ea quæ principaliter quęritur,

tur, non agendum in hac noſtra tractatione exiſtimes, cum noſtræ intentionis tranſcendat exordium, ſed bene de ea, quę hucuſq; ad pinguius probandũ
102 tractata eſt, † quam incidenter in iudicijs verſari, & ſic ſuborta in factis probationibus læſione, facile intelligis.

Vnde proximius ad propoſitã quęſtionem accedendo pro eius commo-
103 diori diſſolutione † tria formabis capita, & ſic, vt primo quęras, num coram ordinariis ea legitimè poſtuletur. Secundo, num coram delegatis. Tertio, & poſtremo, num coram arbitris.

104 † Quantum ad primum caput indubia ſcribatur concluſio, coram ordinarijs, videlicet, huiuſmodi in integrũ reſtitutionem peti poſſe, cum etiam principaliter reſtituendi a iure poteſtatem nati ſint, vt patet clariſſime per text. in hac materia ſingularem in iure Ciuili in l. fin. C. vbi, & apud quem, vbi legiſtę latiſſimè materiam exordiuntur, ac etiam per alium iuris Pontificij in alle. cap. cauſa reſtitutionis. Verũ pro exactiori inueſtigatione vlterius conſide-
105 randum eſt, † ordinarium iudicem dupliciter intelligi poſſe: vel enim dicitur habere territorium, & conſequenter

iuriſdictionem ei coherentem, vt in l. 1. § cum vrbem, ff. officio præfecti vrb. & tunc indiſtincte, quæ ſupra dicta cõcluſio eſt, procedere intelligitur, iuribus allegatis per Panormit. in d. ca. cauſa, num. 7. vel nullam habet adminiſtrationẽ, vt Cartularij, Iudices, Notarij, & hi cum voluntariam tantummodo iuriſdictionem exerceant, nec incidenter reſtituere poſſunt, vt per Bar. in d. l. fi. nu. 8. intelligendo vlterius, vt ibi per eum. Panor. vero hunc adminiſtrationem non habentem ordinarium præfato modo reſtituere poſſe cõcludit loco citato, per litteram tamen dicti c. cauſa, & arguendo a d. l. fi. a contrario ſenſu; cum pro hoc ſuo dicto non legatur tex. clarus, quare ſuper hoc poteris cogitare, & de ordinario hactenus.

106 † Succeſſiuè, & ſic num coram delegatis legitimè in integrũ reſtitutio poſtuletur. Cum multiplicis ſpeciei deprehendantur plures concluſiones pro diſſolutione formandæ ſunt: & ſic primo, num corã delegato a principe. Secundo, num coram delegato ab ordinario adminiſtrationem habere. Tertio, num corã delegato a non habente adminiſtrationem. Quarto, num corã de-

legato

legato ad vniuerſitatem cauſarũ. Quinto, & poſtremo, num coram delegato ad vnam cauſam.

107 †Quantum ad primam, & ſecundam concluſionem de principis delegato, & iuriſdictionem habentis, ſi de principaliter decernẽda reſtitutione exquiras, ea coram eis ventilari non poteſt, niſi ſpecialiter demandetur; cum extra cõmiſſa nullam dicantur habere poteſta-
108 tem: † ſi vero de hac noſtra incidenter indulgenda, reſtituere eos poſſe dubita
109 re nõ oportet, †cum vnius negotij diffinitione demandata, cenſeatur demandatum omne, per quod deuenitur ad illud, arg. l. oratio. de ſponſalibus, alio vero modo reſtituere non poſſunt, ita vt,
110 & illud adnotatum ſit, †delegatum huiuſmodi a principe, quamuis in ſua cauſa ordinario maior ſit, ut in ca. paſtoralis, §. præterea, de offi. delegati, non poſſe aduerſus ſuam diffinitiuam ſententiam quam reſtituere, ut in l. aduerſus, ubi hoc per Barto C. ſi aduerſ. rem iud.

111 † Quoad tertiam concluſionem, & ſic in delegato a nõ habente reſtituere incidenter in cauſa ſibi commiſſa, illam poſſe loco citato Panorm. proſequitur, non tamẽ intelligendo, ut ſupra, quòd

non

non habens adminiſtrationem Notarius ſit: nam per ſupra dicta, nec is reſtituendi modo præfato poteſtatē habet: quare ad alios eandem demandare non poteſt, uulg. l. traditio, ff. de acq. rer. do. & l. nemo plus iur. ff. de reg. iur.

112 †Preterea ad quartam decurrendo ad cauſarum uniuerſitatē delegatum etiā principaliter reſtituere poſſe cōcludas, intelligendo non obſtante, quòd ei nō ſit ſpecialiter demandatum, ut per Bart. in d. l. fin. nu. 4. quem refert, & ſequitur Abb. loco citato, & menti tenendū cō-

113 mendat. † ergo multo magis incidenter reſtituet, ut in ſuppoſito caſu, cūq; preterea in illis cauſis ordinarius intelligatur.

Ad quintam uero & ultimam ex ſupra dictis ſatis patet deciſio, & ſic ſiue ſit a principe, ſiue ab ordinario, & aliis, ut plene ſupra dictum eſt, & uide per Menoc. in conſi. 188. nu. 17.

114 †Quoad tertium vero, & vltimū principale caput, & ſic quid iuris in arbitris circa premiſſa concludendum ſit, pro

115 reſolutione aduertendum eſt, † Arbitros in duplici diſcrimine in iure circūferri: vel enim iure aliquo conſtituuntur, vel mera, & abſoluta partium volun-

lun-

luntate. primi verificari poſſunt in arbitris eligendis ex diſpoſitione Regiæ pragmaticę, odia, quę inter coniūctos,
116 † & quoad hos, ſine dubio res tranſit: nam bene ad pinguius probandum re-
117 ſtituere poſſunt, † cum inſtar delegato rum ſe habeant, vt ſingulariter voluit Bar. in l fi. C. de iudic. & eſt tex. in cap. ab arbitris de offic. delega. ſed delegati incidenter, vt ſup. reſtituunt, ergo, & arbitri huiuſmodi, qui iuris dicuntur.

Illud tamen videtur aliquo modo refragari, quòd cum infra duos menſes deducta in compromiſſum controuerſia debeat terminari, non videtur per tot dilationes poſſe diuagari. Niſi dixeris in termino prædicto præfatas dilationes computari non debere, ad hoc,
118 vt ſtatutum tempus proficiat. † vt dicitur in ſimili de vltra marina dilatione, per Bal. in l. ſi cum ipſe, ff. de excuſatio. tuto. quem refert Cauenſis in vulgata pragmat. odia, in fine, vbi concordantes allegat.

119 † Quantum vero ad alios partiū voluntate conſtitutos, dubia cōcluſio eſt; Nam quod prefato modo hi reſtituere valeant, glo. iuris Canonici in d.c. cauſa, in verbo, incidenter, affirmare depręhen-

henditur:vnde,vt per contraria decurrendo,vt decet,rem explicemus,pro dicti gloſatoris ſententia primo conſiderari poteſt ex allegato tex. in d.cap. cauſa,nam ibi poſt de delegatis, & arbitris priuatiuam principaliter concedendę reſtitutionis factam mentionem, ſubſequitur clauſula generalis: quod ſi incidenter reſtitutionis cauſa coram eis ſuboriatur, quòd bene cognoſcere poterunt: quare ea etiam memorati arbitri
120 includendi ſunt,† cum clauſula in fine poſita,ad omnia referri debeat, q̄ præceſſerunt, vt in cap.inquiſitioni, & in cap. ſecundò requiris,de appellatio.
121 † Præterea ad corroborationem argui poteſt, quòd vbi eadē eſt ratio pręcedentium, clauſula in fine poſita debet ea ęqualiter determinare, ſed corū eadem eſt ratio,cum arbitria ſint redacta inſtar iudiciorum, vt in l. 1. ff. de arbit.ergo in incidenter reſtituēdo,ęqualem habere poteſtatem intelligēdi sūt.
122 † Tertio accedat, quòd ordinarius non habens iuriſdictionem,& delegatus ab eo, quæ ſunt miſti imperij non habent. Inſuper delegatus vltra ſuam
123 cauſam cognoſcere non poteſt, † cum delegatio ſtricti iuris ſit,vt in cap. P, & G,de

G, de offic. delega. & tamen incidẽter, vt dictum eſt, reſtituere poſſunt, ergo idem cur non in arbitris prædictis?

124 † Quarto accedat, quòd iudex ſęcularis poteſt cognoſcere de cauſa ſpirituali in his, quæ cõcernunt factum, vt per Alexand. in l. Titia, ff. ſoluto matrimo. & l. quoties, C. de iudicijs cum ſimilib.

125 † ſed hæc reſtitutio incidenter per arbitrum facienda, potius ſapit factum, quam iuris miniſterium, vt per Abba. loco citato, nu. *6.* ergo præfato modo eos reſtituere poſſe concludendum videtur.

Quinto, & vltimo alijs omiſſis ponderentur ad hoc iura in d. l. quoties, C. de iudicijs, in l. 1. C. de ordine iudicio. & in l. inter conuenientes, ff. ad muni-

126 cip. dũ in eis expreſſim cauetur, † cauſam ſtatus etiam a non competentibus iudicibus tractari poſſe ratione incidẽtię, ergo ita, & in caſu noſtro.

Contrariam autem ſententiam Innocentius ſequutus eſt in d. cap. cauſa,

127 † qui, vti Panormit. ibi refert, pati non poteſt, quòd arbitris de prædicta cauſa cognoſcendi poteſtas tribuatur, & primo conſiderãdo, quòd cauſa prædicta miſti imperij eſſe dicitur, & ſic nobile

iudi-

iudicis officium exigit,ergo maiores iudices expoſtulat, non autem arbitros huiſmodi.

Secundo, & poſtremò aliis omiſſis ponderatur tex.in allegata l.fi.C.vbi,& apud quem,vbi cum ſimpliciter, & ſine diſtinctione reſtituēdi poteſtas arbitris huiuſmodi denegata depræhendatur,de principaliter,& incidenter petita reſtitutione diſtinguendū non eſt.

128 † Quid dicendum?Innocentius quò ſuam tutaretur ſententiam, & læſionis vitium excluderetur,quòd per eos aliqua ad pinguius probandum reſtitutio decerni non poſſit.dicendum putauit: ſed bene, quod ſtāte in probationibus læſione, poterunt ad eas perficiendas alium terminum ſtatuere, quod fieri poſſe Hoſtienſis notauit.

129 † Goffredus vero gloſatoris ſententiam de æquitate procedere proteſtatus eſt,quaſi quòd iuris inſpecto rigore nullatenus reſtituere valeāt.Quicquid tamen ſit,non puto ab affirmatiua ſententia recedendum,& maximè per litteram tex.in vulgato cap.cauſa,quę aliter cauillari non poteſt,quare ea retenta pro reſponſione ad allegatam in cō-

130 trarium legem finalem dicas † illā exaudien-

audiendam, & limitandam eſſe, vt habeat locum, vbi principaliter reſtitutionis vertitur cõtrouerſia, nõ autem vbi incidenter, vt in caſu noſtro, & hæc quoad præmiſſa tumultuariè expendiſſe ſufficiat. Nam ſi quæ deſunt cœtera, cum otij aliquid nacti fueritis, perquirere poteritis.

131 † An autem poſtremò per procuratores, quæ a nobis tractantur, beneficia peti poſſint, cõgruenter hic examinaretur: ſed de hac ipſa quæſtione, vti loco commodiori in quinta conſideratione dicemus, atque ex his huic tertię ad laudem Dei, eiuſque ſemper Virginis Mariæ finis imponatur.

RERVM SVMMAE.

1 *Cauſarum alias criminales, & alias ciuiles dici, & quæ ſint remiſſiuè.*

2 *Cauſæ ſummariæ, & ordinariæ quæ dicantur.*

3 *Quid ſit ſummariè ſimpliciter, & de plano procedere & alijs inde, remiſſiuè.*

4 *Cauſæ omnes in Regno ſummariæ intelligũtur.*

5 *Summarium iudicium quod dicatur, quod item plenarium.*

6 *An a citatione iudicium incipiat, vel a litis conteſtatione, luciduſſimè demonſtratur.*

7 *Quod dicitur a citatione iudicium incipere, de ſummario intelligendum eſt.*

8 *Enuntiatum illud a litis conteſtatione, plenariũ eſſe exaudiendum eſt.*

9 *Prima, & ſecunda inſtantia quæ.*

10 *Cauſa poſſeſſionis, & proprietatis quæ.*

11 *Melior poſſidentis conditio exiſtimatur.*

12 *Forma decreti in iudicio poſſeſſorio proferendi, refertur.*

13 *Cauſæ criminales bifariam diſtinguuntur.*

14 *In cauſis ciuilibus liquidiſſimum eſt eſſe beneficijs locum.*

15 *Intelligitur quod dictum eſt, etiam in cauſa ciuili ex delicto deſcendenti.*

16 *Ampliatur præterea vt procedat tam in cauſis ordinarijs, quam ſummarijs.*

17 *Num in iudicio ſummario, quod ad plenarium præludium dicitur, beneficia competant, quæritur.*

18 *Probationum omiſſio in præfato iudicio parui præiudicij dicitur.*

19 *Terminus legis iudicis non ſubiacet arbitrio.*

20 *In vltima die termini præfati, ſi ſcriptura præſentetur, nõ datur terminus ad concomitantiã.*

21 *Nec pariter teſtibus citatis, & contumacibus effectis, non comparentibus prorogari poteſt.*

22 *Exceptionum in iam dicto termino non facta cõprobatio tacitè, ad merita reſeruatur facienda.*

23 *An, & quando iam dictus terminus ipſo iure*

currere, vel non currere intelligatur, declaratur.

24 Et, vt ſuo marte currat, cautelam habes remiſſiuè.

25 Quemadmodum in prima vel ſecunda inſtantia competant beneficia, exacte declaratur.

26 Defectus omnes in prima inſtantia admiſſi, in ſecunda ſuppleri poſſunt.

27 Practica in curia Magnifici Baiuli Capuani, refertur.

28 Num in cauſa reuiſionis ſecundum dictã practicam terminus ſtatuendus ſit, quæritur.

29 Cauſa reuiſionis plurimum ab ea, quæ appellationis eſt, diſtinguitur.

30 Reuiſio quædam ſpecies appellationis dicitur.

31 Quod in cauſa præfata concedenda ſint beneficia concluditur.

32 Num beneficio dato in cauſa conuentionis conuento, vti is poſſit in cauſa reconuentionis, & econtra, diſtinguitur.

33 Conuentionali cauſa per appellationem ſuſpenſa non ſuſpenditur ea, quæ reconuentionis eſt.

34 Quibus modis reconuentionis cauſa non procedat ſimultaneo proceſſu, refertur.

35 Conuentione, & reconuentione ſimul procedetibus duo tantum beneficia principaliter dantur.

36 Num in cauſa attentatorum beneficia competant, deducitur.

37 *Pro affirmatiua legitur ſacri Regij conſilij deciſio.*

38 *Attentatorum cauſa diuerſo proceſſu includitur, nec cauſam impedit principalem.*

39 *Num eadem in cauſa liquidationis ſententiæ dentur, refertur.*

40 *Cauſa liquidationis cum principali eadem eſſe perſpicitur.*

41 *Num in cauſa poſſeſſorij decernenda ſint beneficia, diſſeritur.*

42 *In quæſtione præfata varia Sacri conſilij deciſio memoratur.*

43 *Num in cauſa poſſeſſorij repulſa decerni poſſit, remiſſiuè.*

44 *Sine dilatione viſis computis in Regia Camera, ad condemnationem, & exequutionem proceditur.*

45 *Cum reuiſionis cauſa agitatur, num ad pinguius probandum vniuerſitatibus terminus ſtatuēdus ſit, quæritur, & dicitur quod non.*

46 *Vniuerſitates & condemnati ciues ad imparia iudicari non debent.*

47 *Pro iam dicta deciſione ſacri Regij conſilij allegatur determinatio.*

48 *Cauſa viſionis, & reuiſionis eadem eſſe dijudicatur.*

49 *In criminalibus cauſis non dari beneficia, indubitatum eſt.*

50 *Quod ratione continetur, cum propriè ſubeſſe in-*

intelligatur, ad illud fieri extenſio aliqua nõ dicitur.

51 *In criminalibus nec fiſco dantur beneficia.*

52 *In cauſis præfatis cur hoc ipſum obtineat, per multa inquiritur ratio.*

53 *Inquiſitio hodie ordinarium remedium dicitur, & accuſatio extraordinarium.*

54 *Andreæ in præmiſſis expenditur intelligentia.*

55 *In ſui ratione Andreas confutatur.*

56 *Priuilegiati non probantes in criminalibus in Turpillianum non incidunt.*

57 *Minores teſtibus falſo examinatis vtentes, non puniuntur.*

58 *Quoad inquiſitum ſe defendentem, nunquam concluditur.*

59 *Caſus deſcribitur in quo dari in criminalibus beneficium deprahenditur.*

60 *Accuſanti non aliter repertorum conceditur inſpectio: niſi termino prædicto ad impinguandum renunciauerit.*

61 *Inquiſitorum habilitationis in forma, ſubijcitur effectus.*

62 *Ad teſtium defectus, & crimina exprobranda, non conceditur etiam in cauſa ciuili reſtitutio aliqua.*

63 *In odioſis, vti repulſa eſt, ceſſare reſtitutionẽ, Doct. communiter voluerunt.*

64 *Nec pariter ad principalium crimina detegẽda in cauſa ciuili cõpetere beneficia concluditur.*

65 Ob adulterij crimen vulgatum eſt mulierem in dote mulctari, c. plerumq;. de donationibus inter virum & vxor. & auth. vt hic mat. & auia.

66 And. de Iſer. in poſita ampliatione expenditur ſententia.

67 Aduerſus dotem repetentem mulierem, minori in obtento beneficio adulterij crimen deducere non permittitur.

68 Quod ſi de donationis propter nuptias conſequutione ea agat, huiuſmodi criminis obiectu in beneficijs quoque repelli poterit.

69 Inter damnum, & lucrum medium conſideratur.

70 Filius de amiſſione paternæ hæreditatis agens non dicitur de damno contendere.

71 Filij in vita patris quaſi domini rerum paternarum exiſtimantur.

72 Dos in legitimæ locum ſuccedere dicitur.

73 In dote & donatione propter nuptias æqualitas ſeruanda eſt, & alia.

74 Non dicitur ei imputandum eſſe, qui ad ſui defenſionem excipiens alium offenderit.

75 Plurimum reipublicè putatur intereſſe delicta puniri, & cohiberi amores.

76 Minores litibus, & expenſis vexari, ferendum non eſt.

77 Minores etiam de lucro contendentes, reſtituendi veniunt.

78 *Iuxta Andreæ ſententiam in Sacro conſilio legitur reſponſum.*

79 *Pœna lucrũ intelligitur eſſe ex parte lucrantis.*

80 *Reſtitutio ex clauſula generali fauorabilior eſt minoris reſtitutione.*

81 *Medium inter damnum, & lucrum conſideratum iudicatur magis, vt lucrum.*

82 *Pater, filiorum legitima excepta, poteſt ad ſui libitum de reliquis bonis diſponere.*

83 *Dos quo iure in maritum tranſeat, refertur.*

84 *Donatio propter nuptias ex parte mulieris lucrum extimatur.*

85 *In cauſis liquidationum inſtrumentorum, num beneficijs locus pateat, latiſſimè diſcutitur.*

86 *Iudicium ſecundum formam ritus extraordinarium dicitur.*

87 *Præfati iudicij actio ob periurium criminalis eſſe dignoſcitur.*

88 *Cauſa tamen ciuilis dici poteſt, cum nulla cõtrauueniens corporali pœna, puniatur.*

89 *Huius criminalis actionis officium in quo verſetur.*

90 *In prædicto iudicio æquiparantur quod debitor non ſoluens carceribus mancipetur, vel quod faciat reale depoſitum.*

91 *Qui deponit animo non ſoluendi aduerſus ſolutionem petitam ſe defenſurus, minime ſoluere dicitur.*

92 *Pax eſt ſpecies pacti.*

93 *Aduerſus pacem factam denegantur reſtitutiones.*

94 *Quod in cauſa præfata beneficia non competat, expenditur tex. in l. 4. §. ex conuentione, ff. de re iudicata.*

95 *Qui ſoluere tenetur, debet implere ſpecifice.*

96 *Dum quis carceribus mancipatur, dicitur ſeipſum dare pro ſecuritate.*

97 *Per carcerationem creditori ſolutum non intelligitur.*

98 *A negatiua ſententia in quæſtione iam dicta, nõ ducitur recedendem.*

99 *In cauſis liquidationum procurator non admittitur, etiam ad media cauſæ.*

100 *Ex lege grege §. etiam creditor, ff. de pignoribus pro retenta negatiua expenditur argumẽtum.*

101 *Carcer non dicitur debitum ſoluere, ſed burſa.*

102 *Non ex eo, quod ad capturam proceſſum eſt, ſatisfactum dicitur.*

103 *Iam dicta concluſio limitatur, non habere locũ, vbi facto depoſito in cauſa ipſa procederetur.*

104 *Facto depoſito iudicij præfati rigor ſublatus intelligitur.*

105 *Secundo, & poſtremo limitatur, vt ſecus ſit, ſi per varias probationes euitatis carceribus ordinarie procedatur.*

106 *Dilacio promptuaria aduerſus ritus rigorem inducta, creditori non communicatur.*

107 Ritus 174 expenditur intelligentia.
108 Num in cauſa liquidationis præparatoria ad ritum non facta in termino ad liquidandum, probatione, beneficia cõpetant, late diſſeritur.
109 Terminus ad liquidandum in cauſa præfata aduerſario communis cenſetur.
110 In dicta liquidationis cauſa inſtrumentum liquidum effectum eſſe, pronunciandum eſt, ſecundum quoſdam.
111 Exceptio liquidi inſtrumenti compromiſſi petitionem perimit.
112 Quod in cauſa præfata beneficia non competãt, concluditur.
113 Rurſus in dicta cauſa præfatam non exigi pronunciationem, ponitur.
114 Aduerſus firmatam concluſionẽ argumentũ.
115 Probationes in ſummarijs reſtringendæ non ſunt.
116 Criminalis actio ex ritu deſcendens, quemadmodum in hoc præparationis iudicio adeſſe intelligatur, exponitur.
117 Idem iudicandum eſt de principio actus, ac de ipſo actu.
118 Quod iudicium iſtud liquidationis præparatorium ad ritum, ſummarium ſit, dupliciter concluditur.
119 Allegans priuilegiatus in bonis alienis exequutum, & in termino ſibi præfixo non probans, vtrum reſtituendus ſit, quæritur.

120 *Iudicium aduerſus rem exequutam propoſitũ, ſummarium dicitur.*

121 *Omnis terminus probatorius peremptorius intelligitur, etiam quod non dicatur.*

122 *Iudicium prædictum plenam non exigit probationem.*

123 *Facta in hoc iudicio rei alicui illam ſuam eſſe aſſerenti relaxatione, nullum vero domino infertur præiudicium.*

124 *Minor ad tale iudicium admiſſus ſi non probauerit nox prohibetur poſtea ad illam rem diſtractam ordinariè agere.*

125 *Ex medica læſione non dari reſtitutionẽ, habes.*

126 *Minoris quam maximè putatur intereſſe litibus & ſumptibus non vexari.*

127 *Vbi magna vertitur læſio, petere reſtitutioni locum lucidiſſimum eſt.*

128 *Quæſtio præfata in conſilio interdum memoratur deducta, & nulla habita reſponſione diu in cauſa ſuperſeſſum fuiſſe.*

129 *In caſu effecto priuilegiatis prædictis non per reſtitutionem ſuccurrendum concluditur, ſed bene quatenus res integra fuerit, per aliam de facto concedendam dilationem.*

De Primo,

De Primo, & Secundo Beneficio.

CONSIDERATIO QVARTA.

QVIBVS IN CAVSIS BENEFICIA peti, decernique valeant, eademque denegantur latiſſimè in ſtudioſorum gratiam deducit.

PRæterea cum nō in omnibus cauſarum ſpeciebus ad pinguius probandum beneficia decernātur, in quibus ea concedenda, vel non concedenda ſint, pro noſtro inſtituto proſequamur.

Quare in modo præuiè inſpectionis
1 conſiderandum eſt, † cauſarū alias ciuiles, alias criminales dici, quarum tu declarationem, ne extra metam ſpatiari videamur, apud Marantam, proſequi poteris, in 4. parte Speculi, j. diſtinctionum 2.

2 † Item ciuilium alię ſummarię alię ve

ro ordinariè circūferuntur, ita vt ordinariè illę credantur, in quibus iuris apicibus ſeruatis, pcęditur, arg. tex. in §. 1. inſtit. de ſucceſſio. ſublatis. qui autem iuris apices ſint, per multa pſequitur Mant. li. 7. obſeru. obſer. 66. Summariè vero, in quibus proceditur ſummarię, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate in-
3 ſpecta, † de quorum verborum intelligentia, præter Bart. in extrauaganti ad reprimendum, habes lucidiſſimè per Miſinger. in ſua obſeruatione camer. 70. centu. 3. & in alia 44 cent. 2. & Lanfrancum, & Doctores alios in clemen. ſæpe, in ver. de plano, nume. 7 de verb.
4 & rer. ſignificat. † Et in ſumma omnes huiuſmodi in Regno eſſe intelligūtur ex diſpoſitione capituli deteſtantes, Ritus incip. Iſabella, & pragmaticæ diſpendia litium.

5 † At rurſus quę ſummarię dicuntur, adhuc in ſummarium, & plenarium iudicium diuiduntur, ita vt ſummarium illud credatur, quod ante litis conteſtationem exercetur. A litis vero conteſtatione, ſeu hodie in Regno a datione termini probatorij plenarium prodire exiſtimetur, vt per Ebolitanum

in ritu curię 242. ſub num. 6.

6 † Atque ex prædictis, vt iſtud obiter referatur, vulgatę illi Doctorum controuerſiæ occurri poteſt, an a citatione iudicium, an vero a litis conteſtatione initium conſequatur: qua in re ſatis laboratum animaduertere eſt, quia noſtri non eſt inſtituti in externis diuagari: idcirco pro concordia tam a citatione, quam a litis conteſtatione illud in-
7 cipere affirmabimus: † & ſic quod dũ dicimus a citatione illud incipere, hoc de ſummario intelligendum ſit, cum in eo de oppoſitis libello exceptionibus, & dilatorijs, & peremptorijs ſummatim cognoſcatur, ita vt quandoq; iudicium ipſum dirimatur omnino, ac ad vlteriora, & ſic ad plenarium ingreſ-
8 ſus retardetur † Dũ vero parte ex altera a litis conteſtatione exordiri dictũ eſt, de plenario intelligendum occurrit, quod merito plenarium dicitur, ex eo, videlicet, quod tunc in eo plenè de negocio cognoſcat, a cuius figura iudicium poſitum ſit, de qua re plura dixi in repetitione mea rubricæ, C. de edendo, vbi videnda ſunt reliqua.

9 † Item ad rem redeundo, quæ ſupradictæ ſunt cauſæ, vel j. vel ij. inſtan-

tia

tia includūtur, ita vt prima primo loco iudiciū habitū complectatur. Secunda vero, cum per appellationis remedium pro iuſtitia iterum de cauſa ipſa a ſuperiori iudice diſceptatur. Preterea, vel conuētionis, vel reconuentionis ſunt; quæ per ſe patent, & habes per Maran. in allegata 4 parte, diſtinctio 6. quæſ. 1. Inſuper quandoq; ex eis de attentatis exoritur cognitio, vel liquidationis cauſa inſurgit, & inſtituitur.

10 † Ac denique vel poſſeſſionis, vel proprietatis, cæteris cauſarum figuris omiſſis, ventilatur controuerſia, de q. bus per Marātam a principio Speculi per totam quartam partem, poſſeſſionis illam eſſe intelligendo, in qua ſummatim de poſſeſſione cognoſcitur, ad diiudicandum, quiſnam, lite in petito-

11 rio pendente, debeat poſſidere, † cum melior poſſidentis conditio perſpecta ſit. l. militis codicillis, §. penul. ff. de teſtam. milit. & habes per Andream in conſtitutio. circa violentiarum, col. 5. verſ. quādo igitur, & hoc cognito poſ-

12 ſidere depræhenſum, † dicta lite pendente, vlterius poſſidere debere ſeu in poſſeſſione eſſe iudex decernet, citra tamen ambarum partium præiudiciū

in poſſeſſionis, & proprietatis cauſa, prout communiter fit, vt per Capic. in deciſ. 55 nu. 7.

Proprietatis vero, in qua dominij vertitur controuerſia, de quibus omnibus habes perſcribentes latiſſimè in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſeſſio. & in l. vnica, C. ſi de momenta. poſſeſſ. fuerit appella. & per Maran. in allega. 4. parte Speculi, diſt. 4.

Quantum autem ad ſecundum principale membrum primę poſitę diſtinctionis attinet, criminales cauſę adhuc bifariam ſpargũtur: vel enim merè criminales ſunt, vel quia eis criminalis, ratione iuramenti, inſit actio, ut eſſe perſpiciuntur cauſę liquidationum inſtrumentorum ſecundum formã Ritus, de qua re habes plenè per Marin. in 6. par. de præſentat. inſtrument. pag. 1. quibus taliter præhabitis, quid iuris in vnaquaque dicendum ſit, pro viribus cum breuitate attingamus.

14 † Et primo animaduertẽdum illud eſt per ſingula genera ordinatè diſcurrendo, in ciuilibus cauſis beneficiorum petitioni locum patere, vt patet in Ritu curię 296. ibi, in quibuſcunque cauſis ciuilibus.

Præ-

Præterea, vt ſuo loco dicetur, in criminalibus non dantur, ergo de neceſſitate in ciuilibus illa locum ſibi uindicare concludendum eſt: † Intelligendo
15 vlterius, ſiue cauſa mere ciuilis ſit, ſiue ciuilis quidem, ex delicto tamen deſcēdens, ad quod facit verbū illud, quibuſcumq; in dicto Ritu prolatum: exemplum eſt, vtputa ſi minor aduerſus aliquē ad bonorum reſtitutionē ageret, ſuppoſito, quod is iam mortuū parētē ſpoliauerit, iuxta tex. diſpoſitionē in l.
16 3. ff. de ſepul. viol. † Ampliando ēt, ſiue ordinariè, ſiue ſummariè illę Regni iure nūcupent: verū in eis, nū ad repulsā competant, vel etiam in petito beneficio & cōceſſo delictum deduci valeat, inferius patefiet, & habes de prædictis in vulgato ritu 71.

17 † Quare ſucceſſiuè quærendū eſt, nū in cauſa, ſeu iudicis ſummario, quod ad plenarium præiudiciū dicitur, & ꝓpriè in termino illo a lege dato ad opponendum exceptiones, illaſue probādum, iuxta pragmat. comparente de ordine iudicio. beneficia peti, decerniq; poſſint: et ſic num tali probatione non facta, aut nō perfectè inſtructa, vel inutiliter fabricata, ea ad illas principaliter

faciendas, vel perfectè, aut vtiliter, de-
18 cerni valeant? Et in hoc ex eo, † quòd
talium probationum omiſſio in huiuſ-
modi iudicio parui præiudicij eſſe exi-
ſtimetur, cum deinceps in plenario, &
ſic ſucceſſiuè in eius termino probato-
rio illas deducendo, & probando con-
ſultũ cuiq; eſſe poſſit, nec proinde læ-
ſio aliqua conſiderari valeat, non eſt,
quòd per beneficiorum petitionẽ ve-
niant iudicia protelanda arg. tex. in ca.
finem litibus, de dolo, & contumacia.
Præſertim cum terminus præfatus le-
19 gis eſſe dicatur. † Vnde nequaquam iu-
dicis ſubiacet arbitrio, ſed eius lapſus
abſque aliquo iudicis facto pro con-
cluſione habetur, vt per Bal. in cap. pa-
ſtoralis, col. 2. de cauſa poſſeſſio. & pro-
prie. & ſic extenſionem aliquam non
20 patitur, † ita vt nec in vltima eius die
ſcriptura præſentata ad eius concomi-
tantiam terminum admittat, qui alias
iure decernitur, vt habes per Vrſill. in
ſua additione ad deciſi. Affli. 271. nu. 3.
allegantẽ ad hoc eundem Affli. in con-
ſtitutio. Regni, inci. exceptiones filia-
21 tionis, nu. 6. † Quinimò nec teſtibus
ipſis citatis, & contumacibus effectis,
tanquam ex cauſa legitima prorogari
poteſt.

poteſt. Cum oppoſitarum exceptionũ probatio de neceſſitate in dicto termi-
22 no fieri habeat: † nã alias eo elapſo, earum comprobatio tacitè ad merita reſeruata intelligitur, quemadmodũ, & aliarum altiorem indaginem requirentium, ut pulchrè per Capicium in ſua
23 deciſ. 83. in fi. † intelligendo tamen, dũmodo exceptionis prædictę parte, & iudice ipſo tacentibus admiſſę ſint, vel parte quidem opponente, ſed oppoſitione iudicis interloquutione ſublata, nam alias præfatus terminus non cur-
24 reret, † & vt ſuo marte currat, habes in loco citato cautelam pro te agẽre aſcriptam, quam videas, ſi illam ignoras, vbi etiam ſuper noſtra principali quæſtione deciſionem attendas, & faciunt circa præmiſſa notata poſt Io. de Ferr. in ſua praxi, in forma productio. inſtrumento. in verbo, in termino.
25 † Conſequenter, num eadem in prędictarum cauſarum prima, vel ſecũda inſtantia competant, proſequamur. Cui ppoſitę quæſtioni pro rei veritate ſub certa diſtinctone occurrere poteris: & ſic, quòd vel beneficia petita in prima inſtantia, ſunt pariterque conceſſa, & tunc in ſecunda ea nõ concedenda eſ-

ſe dictat æquitas, ne tot dilationibus iudicia ipſa pœnitus inuoluantur, & deducantur in infinitum, præſertim cum bis concedi ea debere in præcedētibus cognitum ſit, atque vna, eademque cauſa tum ratione rei, de qua agitur, cum etiam perſonarum, inter quas verſatur controuerſia exiſtimetur, licet quoad iudicantem alia diuerſa ſit, quæ appellationis dicitur. Aut ſecundo loco in prima petita non ſunt, & tunc optimo iure in ſecunda peti. & concedi poterũt, iuribus ſupra vulgaribus. Aut denique vnum tantummodo in prima inſtātia petitum, obtentumque eſt, & tunc ſecundum ſecundum, alterum in cauſa appellationis peti poſſe pro explorato habeas, vt per Affl. in ſua deciſ. 35. & in
26 deciſ. 114 & hoc ea ratione, † quòd omnes defectus in prima inſtantia admiſſi, in ſecunda ſuppleri valeant, vt pulchrè per Capic. in ſua deciſ. 35. & quidem per illam regulam, non poſita ponam, de qua in reg. vulgata, l. per hanc, C. de tempo. appel. & habes per Affli. in deciſ. 16. nu. 5.

27 † Sed illud in hac ipſa re non mediocriter attendendum, animaduertendũ duximus, quia multoties lata ſententia

in curia Magnifici Baiuli Capuani ſolēt condemnati adire Sacrum Regiū Conſilium, & figurata paupertate ſolent expedire, & obtinere decretationē, quòd eadem curia cum conſilio alterius conſultoris partibus non ſuſpecti reaſſumptis actis de iuſtitia prouideat. Num ſcilicet coram tali conſultore electo peti, ac concedi poſſint beneficia?

28 † Ad cuius quæſtionis deciſionem primo illud diſcutiendum eſt, nūquid per talem conſultorem terminus ad non poſita, ponēda decerni poſſit, vti in termino appellationis fit?

Et in hoc pro negatiua reſpondendum videbatur, ex eo quòd † cauſa hæc
29 reuiſionis, plurimum ab ea, quæ appellationis eſt, diſtinguatur, vt per Specu. in §. ante finem, in titu. de appellat. & plenè proſequitur Maran. in ſuo Spec. in 2. parte 6. partis princip. actu 2. ergo vti ex diuerſis ad hanc reuiſionis cauſam inferendum non eſt.

Quicquid tamen ſit, concedendum terminum memoratum multa ſuadēt,
30 & primo accedat, † quòd talis reuiſio quędam ſpecies appellationis eſt, l. nō diſtinguemus, §. cum quędam, ff. de arbitris, per quem tex. dicit Angelus in l.

ex

ex conſenſu, col. 3. de appella. ſupplicationem loco appellationis impropriè eſſe, quòd, & Afflic. notauit in ſua deciſio. 231. quare hęc duo, vti æquiparata, intelligēda ſunt in hoc noſtro caſu. Vnde ſi in vno, idem in alio obtinebit, & demum hoc ipſum exprçſsè ſuadetur ex tex. in ca. ex litteris, de reſtituti. in integrum, in fine, ibi ordine iudicia rio cognoſcentes confirmetis, vel infirmetis ſententiam prout iuſtum fuerit, quod ibi pulcherrimè Abbas notauit. Quare ad propoſitum decurrēdo,
31 † cōpetere beneficia in effecto caſu indubitate concludas, intelligēdo tamē prout in cauſa appellationis proximè notatum eſt.

Præterea, quia quandoq; cum cauſa conuentionis, quę reconuentionis eſt, annectitur, quòd fit, cū is, qui aliquem in iudiciū vocat, ab eadem, & ipſa auocatur,
32 † illud hic quæri poteſt, quemadmodum ſcilicet petita beneficia, data intelligantur, cum in talibus cauſis decernuntur, & ſic num in cauſa conuentionali dato beneficio conuenienti, eodem vti poterit conuentus in reconuentionali, & eodem conceſſo reconuenienti in reconuentione, vti co-

dem reconuentus poſſit in cauſa conuentionis.

Et in hac quęſtione ita breuiter diſtinguendo facilis reſolutio conſiderari poteſt, quòd aut reconuentio ſuo loco facta eſt, ita ut ſimultaneo proceſſu in vtraque cauſa procedatur, & vnica ſententia veniat vtraque pariter decidenda, & tunc illud pro veritate concludi poſſe videtur, vt in vtraque cauſa proculdubio cõmunicandum ſit, cum vnius proceſſus duplex cauſa intelligatur. Aut vero nequaquam ſuo loco ꝑpoſita; & tunc cum aliud negotium complectatur, alioue proceſſu cauſa ipſa reconuentionis concludatur, quòd nequaquam illud communicandum ſit, affirmare iure eſt, cum nec conuentionis quidẽ ad eam, quæ reconuẽtionis eſt, influat. Nec ordine retroacto:
33 †quod facilè illud arguit, quòd notatũ eſt, reconuentionalis, videlicet, cauſæ proſequutionem non impediri per appellationem in terminata conuentionis cauſa interpoſitam, vt per Marian. Soci. in cap. prudentiam, de mutuis petitio. & Specul. in §. videndum, in titu. de reconuentio. & habes per Miſing. in ſua obſeruatio. camerali 10 Cent. 1.

Quare

Quare ad rem deueniendo niſi priui-
legiata perſona fuerit, beneficia præfa-
ta non obtinebit.

14 † Non autem ſimultaneo proceſſu
reconuentionis cauſa procedere intel-
ligitur, vel cum ſuo loco propoſita nō
eſt, vt ſup. vel cum propoſita quidem
eſt, ſed longiores probationes, ſui per-
plexitate, deſiderat. Aut deniq; vbi in
reconuentione reconuentor non per-
git, nam tunc, licet a principio coniun
cta fuerit, ne iudiciorum curſus retar-
dari contingat, a conuentione ipſa di-
uiditur, de quo aliquid per Panor. in
clement. ſæpe, nu. 52. de verb. ſignific.
& in cap. 2. nu. 14 de ordi. cognitio.

25 † Hinc etiam illud intelligere eſt, ꝙ
cauſa conuentionis, & reconuentio-
nis ſimul procedentibus duo tantum
beneficia priuilegiatis, principaliter
tamen intelligendo, vt in r. conſidera.
cōpetere poſſunt: eis vero diuiſis qua-
tuor decernuntur, Vni eidemq; perſo
næ. Duo, videlicet, in cauſa conuentio
nis. Reliqua vero duo in ea, quæ recō-
uentionis agitatur.

36 † Præterea, rem pro noſtro inſtitu-
to vlterius deducendo. Num in cauſa
attentatorū ea concedenda ſint, quæ-

ramus: &, ſic num in cauſa principali conceſſis beneficiis, eadem in cauſa attentatorum, vtputa fructuum per attentationem perceptorum, decerni valeant?

37 †Qua in re deciſiuè pro affirmatiua reſpondendum Sacri Regij Conſilij arguit deciſio, de qua memorat Vrſil. in alleg. Affl. deciſ. 35. in addi. in fi.

38 †Quòd ea ratione optimè demonſtrari poteſt. Nam illud Clariſſimum eſt. Attentatorũ cauſam alio diuerſo proceſſu agitari, & adeo ſeparatum eſſe iudicium, quòd nullo modo principalẽ cauſam creditur impedire, vt habes optimè per Bar. & Alex. in l. naturaliter, §. nihil commune. alleg. ff. de acq. poſ. per tex. in l. ſi cõſtiterit, C. finium regun. & tandem non indeciſum relictum eſt apud Afflic. in ſua deciſ. 131. Ergo a primo ad vltimum in cauſa præfata ſeparatim petita beneficia decernẽda ſunt, vt iam habes concluſum.

39 †Vnde conſequenter quid iuris in cã liquidationis ſententiæ dicendum ſit, inſpiciendum eſt. & in hac quæſtione pro negatiua ſententia reſponſum, & concluſum legere eſt apud Afflic. in allega. deciſ. 35. & Comitem Vrſill. in d.

addit.

40 addit. ad deciſ. 114. in princ. † Et hoc ea ratione, quod cauſa prædicta vna, eademque ſit cum cauſa principali. Vnde ratione eadem, de qua ſupra eis in principali conceſſis, in hac conſequutiua ceſſabunt.

Ac denique accedat, quòd ſi in hac liquidationis cauſa beneficium concederetur, vtique tertium beneficium veniret nuncupandum, eo ſcilicet caſu, cum perantea in principali conceſſa fuiſſent, quod abſurdum quidem creditur apud Iſerniam in vulgata conſtitu. obſcuritatem, vti in d. deciſ. 35. eum refert Affl. ac denique eſſet deſtruere ſuper his factam interpretationẽ, de qua plura in prima conſideratione, ergo, & quod ſequitur.

41 †Sed rurſus, num in cauſa poſſeſſorij concedi ea legitimè poſſint, non mediocriter interdum controuerſum eſt: attamen huic quæſtioni deciſiuè reſpõdendo Capycium occurrere deprehen-
42 dimus in allega. deciſ. 13. † vbi eadem ſe vidiſſe concedi teſtatur: ex contrario tamen in cauſis duabus pro Negatiua in conſilio deciſum memorat. Vnde arbitrariam rem pronunciauit ex Innocen. Doctr. in vulgato cap. coram de in inte

grum reſtit.de qua quæſtione idem Ca pic.comme.in ſua deciſ.55.vbi in ſimili
43 quęrit de alia :† & ſic,an in eadem poſ ſeſſorij cā aduerſus teſtes repulſa decer ni poſſit,in qua pro Negatiua,vt p eum concludere poteris,quem in omnibus refert,& ſequitur Rota Bonon.in concluſ.79 num.8

44 † Deinceps aduertendum eſt, quòd cum in reuidendis compotis in Regia Camera Summarię,eis viſis ad condẽnationem procedatur,& realem ſubinde exequutionẽ, ſine aliqua dilatione præfiſſa, tamen cõdemnationibus prædictis debita exequutione tributa, Reuiſionis cauſa pro condemnatorum releuatione incipit agitari,ad hoc,vt condemnationibus iuſtè factis , detectis, iam factæ, & datę exequutiones in ſua remaneant firmitate, eiſdem verò iniuſtis cognitis, aduerſus vniuerſitates condemnati Ciues , ſoluta repetendo reſtituantur, illud in hac ipſa re euenire ſolet.

Nam cum multoties inuicem Ciues inteſtinis odiis commoueantur, cum per eos vniuerſitas ſucceſſiuis repreſen
45 tetur temporibus , † quòd inquam per vniuerſitatum adminiſtratores aduer-

ſus

ſus condemnatos ad pinguius de eorũ iure docendum, & de non iure dictorũ cõdemnatorum, terminus exquiratur, qui beneficij loco eſſe conſideratur: Num prædictis huiuſmodi terminus decerni valeat? Et quòd veritate inſpecta negari debeat, poteris conſiderare,
46 † quòd vniuerſitates prefatæ, & ad eorum inſtantiam condemnati, ad imparia iudicari non debent: quare illud cõſequens eſt, quòd cum in cauſa condemnationis nullus fuerit condemnandis ciuibus pro defenſione terminus prefixus, quòd nec in facienda reuiſione, is pariter pro vniuerſitatibus ſtatuendus eſt. de qua re habes tu Regnicola rex.clarum in pragma.37 ſub tit.de of-
47 ficio procurat.Cæſaris, & in ſpecie, † ꝙ concedi non debeat, cum ad dilatandũ, & vexandũ ciues præfatos petitus credatur, in Sacro Regio Cõſilio deciſum proteſtatur nouiſſimè Dom. de Franc. in ſua deciſ. 347. qui quidem terminus, ſi concederetur, beneficij loco agnoſcẽ-
48 dus eſſet, † cum eadem cauſa viſionis, et reuiſionis diiudicetur, cum per idẽ tribunal, conuerſo iudiciorum ordine, in emanatis aduerſus eos ſignificatorialibus litteris in eorum iuribus audiantur.

diantur. Cumque etiam non iterum, ſed principaliter audiri deprehendantur, vt in allegata ſanctione in verſic.& facta ipſarum ſignificatoriarũ exequutione, in fi. Atque in hiſce terminis poſita illa in prima conſideratione quæſtio intelligenda eſt, quę ſe habet. Num in cauſis, in quibus ad probandum nullus ſtatuitur terminus, beneficia competere poſſint: quare in ea dic, vt proximè concluſum habes. Quibus omnibus explicatis, quid in criminalibus dicendum ſit: in vniuerſum complectamur.

49 † Et in ſumma non dari in criminalibus beneficia ſine aliqua controuerſia Doctores omnes, quotquot ſunt voluerunt, vt Iſern. Afflic. & cœteri in loco ordinario, moti diſpoſitione text. in l. auxilium, ff. de min. qui licet de minore concludat, cum de eo loquatur, tamen de muliere, Fiſco, & alijs eadem ratione ſubſiſtente, & maiori, intelligendus eſt. Cum pro minore maius priuilegium conſideretur quam pro muliere.
50 arg vulgatę Conſtitutionis, † & cum ratione contineantur, ad eos extenſio aliqua fieri non dicitur, cum propriè contineri dicantur, arg. text. in l. his ſolis, C. de reuocan. donat.

51 † Quo-

51 †Quoad Fiſcum vero attinet, quòd ſci licet ei, ad pinguius probandum, nõ cõ petant beneficia, voluit Barba. in clem. 1. col. 2. in fi. verſ. Secundo niſi de teſtibus. Fely. in c. fraternitatis, col. 5. ver. fallit tertio, eo. tit. atque alij congeſti per Ebolitanum in Ritu Curiæ 258. nu. 4. At cur id ipſum in criminalibus obtineat, quemlibet ad illud animaduerten
52 tem exquirere cõſpicimus: †quare hoc ipſum diligentius, quam alij fecerint inueſtigandum nobis ſupponatur, & quidem re intimius perſpecta bonis rationibus ea denegari lucidiſſimũ fiet, conſiderando tam ex parte accuſantis, quam ex parte inquiſiti, & etiam Fiſci ex officio inquirentis, inter quos omnis criminalis actio tractari deprehenditur.

Et primo quoad querelantem attinet ex eo ſibi denegari beneficia primo conijcias, quod in inquiſitionis tẽ pore ſatis eius intentio probata intelligatur, cum in exquirendis aduerſus notatos probationibus per inquiſitionis remedium quàm maximè Fiſcus contendat, & ęquè bene propter eius ampliſſimam poteſtatem. quod ſatis vulgatũ illud arguit: An neſcis Reges longas

gas habere manus? Atque illud aliud,
quod notatum eſt per Clarum in praxi
53 crimin.cauſa.in §.fi.q.15.†quòd ſcilicet
quamuis inquiſitionis remediũ per-
antea extraordinarium fuerit, & accu-
ſatio ordinarium, hodie tamen in Re-
gno,quòd alias extraordinarium inqui
ſitionis erat,ordinarium effectum eſt:
& quod ordinariũ accuſationis,in ex-
traordinarium verſum:ergo concludẽ-
do,cum nulla poſſit lęſio conſiderari,
cum potius in contrarium ſit præſum-
ptio, non eſt,cur de reſtitutione prædi-
cta in hiſce cauſis decernenda conten-
dendum ſit,eo maximè, cum in odio-
ſis verſemur, quæ reſtringenda ſunt,c.
odia,de reg.iur.lib. 6 & l.cum quidam
cum alijs vulgaribus, ff.de lib. & poſth.
54 †Præterea Andręas,col 1.in ver. non
loquitur ergo,conſiderat,ideo non cõ
petere reſtitutionem,quia in crimina-
libus ex parte minoris vel mulieris nõ
interuenit procurator,cuius negligen
tia lędi poſſint, argu.cap. veniens, il ij.
de accuſat.
55 † At ratio hæc non bene adaptari po-
teſt,tum quia nõ eſt omnium comple-
xiua,cum nuptui traditas mulieres nõ
cõplectatur, quas Regni iure in crimi-
nali-

nalibus per procuratores cōparere poſſe certum eſt, vt per Bartolo. de Capua, in allegato ſingu. 104 Cumq; etiam nō per hoc leſionis vitium tollatur, cum in minoris perſona, aut alterius tale vitium comprehendatur, ergo, &c.

56 †Vnde ſubſequitur, dicendo præfatos non lædi, quia ſi non probant, non dicuntur in Turpill. Senatuſconſ. incidere, & ſic non puniuntur ad ſimilitudinem ſupplicij, vt in l. mulier, §. accuſatorem, ff. ad Turpil. & in pragm. teſtem falſum, in fine.

Sed neque hæc concludens dignoſcitur, ex eo, quòd iſtud eorū aliud pe-
57 culiare priuilegium eſt, †vt ſcilicet ſi in propoſita de crimine diffamatione nō probent, vel probent quidem in cauſa ciuili per falſos teſtes, nō teneantur iuribus allegatis, quare ad alterius priuilegij, ſeu beneficij, extinctionem deducendum illud nō eſt, cum ampliari debeant, & hæc quoad accuſantes, & Fiſcum ex officio inquirentem.

58 †Quoad inquiſitum verò non eſt de reſtitutione contendendum, cur poſt factam publicationem vſque ad ſententiam, & etiam poſt, quo ſuam tueatur innocentiam, probationes perſcrutari,

&

& adducere poſſit, imo ex ſuo officio eas iudex tenetur exquirere, nulla ad hoc dilatione præfixa, vt declarat optimè Capic. in ſua deciſ. 81. ac præterea ſi eas, iudex non admitteret, poſſet puniri, vt in l. lex Iulia, in fi. ff. ad leg. Iul. pecu. & habes per Petr. de Rau. in ſuo ſingu. 525. Quare tempus poſt publicationem vſque ad ſententiam, & etiā poſt, ei beneficij loco tributū intelligere eſt, licet non expreſsè decernatur, vt in beneficijs receptum eſt.

59 † Sed ego dico tibi vnum notandum in materia, quod ſtante inquiſitione facta, tum ad partis accuſantis inſtātiam, tum ex Fiſci inquirētis induſtria, dum poſt litis conteſtationem Notato ad ſe defendēdum pręfigitur terminus, tūc parti, vel Fiſco beneficium dari facile mihi perſuadeo, dum in dicti termini conſtitutione ſubijcitur, & parti, & Fiſco, ſeu, vt cōmuniter in partibus enuntiatur, Curiæ coadiutori ad impinguādum, cum pinguius probare, tam accuſans ipſe, quam inquirens Fiſcus in eo valeat: ergo etiam in criminalibus ea concedi attentari poteſt, licet non formiter per primi, & ſecundi poſt publicatum, aut vlterius conceſſionem, prout

ut in ciuilibus fieri dictũ eſt, & in ſubſequentibus clarius ſubijcietur.

Verum aduerſus prædictam ſententiam poſſet quis inſtare, & rationabiliter. Nam vbi ad pinguius probandum beneficium conceditur, cum poſt publicatum decernatur, partem petentem didiciſſe teſtificata, manifeſtũ eſt: quod
60 tamen in propoſito non eſt, † cum accuſanti ipſi repertorum non concedatur inſpectio: niſi termino prędicto ad impinguandum renuntiauerit, ut mandat communis practica, de qua dicitur apud Anton. de iudi. Rober. in ſuo tracta. de liquid. inſtrumen. ſub nume. 53. in fi. argu. auth. at qui ſemel, & ibi glo. in verbo, productio teſtium, C. de probat. ergo, &c.

Sed reſpõderi poteſt hoc ipſum tantummodo aduerſus accuſantem procedere, non autem quoad fiſcum, cum is, & ante, & poſt litis conteſtationem, probandi, impinguãdique poteſtatem habeat. Vnde in accuſante dictus allegatus defectus conſiderandus non eſt, cũ per Fiſcum ſuppleri, vti per principalẽ in cauſa conſortem, credatur, atque accuſatoris acerrimè partes ſuſtineat, vt experientia ſatis comprobatum habes.

Præ-

Præterea vbi in forma iam defenſi Rei habilitantur, nonne quodammodo ſecundum cõſtitui beneficium pro accuſante,& Fiſco inquirente intelligi-
61 tur?† Cum ex hoc licitum eis ſit quandocunq; maiores exquirere probationes,& coram eodem iudice alias habilitatum diffamatũ reuocare. Quicquid tamen ſit, beneficia credenda nõ ſunt, tum quia in hiſce cauſis alia circa iudicij ordinem ſeruatur ſtructura. Cumq; etiam non modo minoribus, aut aliis in ſecunda conſideratione notatis,quę dicta ſunt,competant, ſed paſſim quibuſcunque,modo prędicto,litigantib.

Conſequenter nedum ea in crimi-
62 nalibus denegãtur per ſupradicta,† ſed nec etiam præfatam concluſionem ampliando,in ciuilibus competere,intelligendum eſt,cum ea ad teſtium repulſam decerni petuntur: & ſic ad eorum defectus,& crimina exprobanda,vt per Capic.in ſua decis.63.num.3.& alios allegatos per Ebolitanũ in vulgato Ritu
63 71.ex eo,† quòd repulſa pariter odioſa ſit,& in odioſis non eſſe reſtitutioni locum, Doctores cõmuniter voluerunt, quod & Madritia lege 19. Cõſtitutum refert Couarru.libro practic. quæſt. capi.26.

pi.26.

pi.26.nume 5 verſ. tertio idem.
64 †Secundo & vltimo ampliatur nō habere locum, nedum in cauſa repulſæ, vt dictum eſt, ſed nec etiã in eo caſu, vbi priuilegiatus aliquis aduerſarium ſuũ a prætẽſis iuribus per criminis obiectũ, & eius verificationem in dicto beneficio faciendam excludere vellet: vtputa ſi mulier aduerſus viri hęredes fortaſſe minores pro dotiũ, & antefati reſtitutione ſibi facienda dictaret actionem, & fuiſſet in cauſa ad publicationẽ proceſſum, nam non poſſent conuenti minores beneficia petere ad effectũ probandi in eorum termino adulterij cri-
65 men, †quo conſtat, iuxta Doctorũ traditiones, de quibus plene diſſeruimus in reperi.rub.C.de eden.mulierem in dotę multari, in ſolatium mariti Commodis applicanda, authẽ. ſed hodie, C. de adul. & l.conſenſu, C. de repud.cum ſimil.paribus, quam ſententiam compoſtellanus ſequutus eſſe videtur, in c.quod ſicut, colum 14.de elec.vti eum refert Dom de Franch.in ſua deciſ. 421. col. 1. vbi huius ſententiæ alios plures allegat, & ante eũ optimè deduxit Affl. in deciſ 390. Ioan.And.in alleg c.quod ſicut, & Aret.in l.1.in fi.C.de in integr.

reſti. cum alijs ad ſaturitatem congeſtis per Couarr.in vulgato lib. pract. queſt. allegato,c.26.ſub num.4. ver. Secundo huic opinioni. Et quidē ratione in primis conſiderata, quòd ex hoc in modum exceptionis exprobato crimine. manifeſta mulieris orirēt infamia. Vnde ſubijciendum illud eſt,quòd licet ratione,qua cauſa ciuilis eſt,beneficia peti poſſint, & concedi pariter debeant; tamen ad huiuſmodi crimen obijciendum talis beneficiorum vſus non permittitur, ex eo, quod in caſu prædicto ad id deueniretur,a quo a principio pe
66 tita decerni minimè potuiſſent, † atq; ita pariter And.de Iſern.ſentire in propoſito in vulgata conſtitutione,obſcuritatem, legere eſt in verſ. in delictis vero,dum inquit, in delictis vero minorem,& Fiſcum nō reſtitui. ſi ex alterius delicto de lucro,agitur, non item ſi ex eorum re familiari ,per tex. in vulgata, l.auxilium,de minor.& in alle.l.Sepulchri,ff. de ſepulchro violato, hanc vltimam legē,in d.l.ſepulchri,inducendo, vt per Dom.de Franch.loco citato,ſub nume.4.

67 † Qua Andreę ſententia procedente, duplex exoritur clariſſima concluſio: quòd

quod in propoſita quæſtione aduerſus minores pro muliere reſpondendum ſit, quantum ad dotem, cum minores prædicti in ea dicantur de lucro agere, & mulier de damno: quo caſu ceſſare reſtitutionem clariſſimum eſt, vt per Curt. Iun. in conſi. 110. incip. pro habēda, nu. 13. & Maran. in conſil. 102. inci. viſo & percuntato, num. 9. per iura in l. ſciendum, ff. ex quib. cau. maio. & in l. iuris ignorantia, la ij. ff de iur. & fac. ign.

68 † Secunda, & poſtrema, quòd ſi de antefati reſtitutione inter eos contendatur, quòd tunc minores reſtituendi ſunt, cum ex eorum re familiari talis incumbat facienda reſtitutio, & conſequēter, de damno agere intelligantur, iuxta prædicta.

Sed aduerſus primam cōcluſionem inſtari poteſt, quod imo minores iſti de damno agere dicuntur, & mulier de lucro, quo caſu aduerſus eam prædictis competere reſtitutionem pronuntiandum occurrit. Et primo Dos præfata habito reſpectu ad adulterij infortuniū marito, vel eius hæredibus ex legū prædictarum diſpoſitione quaſi debita cēſetur, ergo non dicitur verè lucrum,

69 † cum inter damnum, & lucrum dari

poſſit medium, vt per Bal. in l. ſi emancipata, num 3. C. de iur. & fac. ign. ergo eorum fauore, & mulieris ob delictũ; odio procedentibus, de ea, vti de mero damno, ſentiendum eſt.

Præterea, & ſecũdo, quòd mulier de
70 lucro agere dicatũ, accedat, † quòd filius agens de amiſſione paternę hęreditatis non dicitur de damno agere, ſed bene de lucro, vel quaſi lucro, vt per Iun.
71 Curt. in d. conſi. 110. † & tamen eius in vita pris filij quaſi domini ſunt. l. in ſuis, ff. de lib. & poſthu. ergo idem, & in do-
72 tę, † cum in legitimę locum dicatur ſuccedere, auth. quoniam nouella, C. de inoffi. teſta. Tertiò accedat, quòd cum dos præfata in quondam ſui viri bonis fuerit incorporata, per ſucceſſionẽ in eis, ſatis de damno vitando dictos minores excipere intelligendum eſt, dum ſucceſſiuè de extrahenda ea de hæreditatis corpore contenditur, iuxta plenè allegata per Andr. Tiraqu. in repeti. l. ſi vnquam, C. de reuocan. dona. in clauſula, donatione largitus, nu. 192. & Caſſa. in conſi. 2. nu. 5. & propriè quoad materiam dotium attinet per Doctor. in rubr. C. de eodem vbi dixi, ergo, & quod ſequitur.

Quarto conſiderari poteſt, quòd ſi ſecunda concluſio vera eſt, quam approbatô Domin. de Franch. in allega. deciſ. 421. ergò prima de neceſſitate remanet falſa quod. probatur.

73 † Nam in dote, & donatione propter nuptias æqualitas ſeruari pręcipitur, vt in l. ſi §. ſin autem, C. de don. ante nup. auth. dos data, C. eod. titu. & faciunt plene notata, per Affl. in ſua deciſ 154. vbi alia plura ad eum habes per Vrſill. comportata; ac inſuper pacta de eis lucrandis debent eſſe æqualia, etſi inæqualia dignoſcuntur, ad æqualitatem deducenda ſunt, vt in auth. de ęqualit. dotis, cum ſimilib. quare in vno diſpoſitum, in alio pariter cõſiderari debet. quibus ſic poſitis illud conſequens eſt, quòd ſi in caſu repetendę donationis propter nuptias, vt dictum eſt reſtitutio minoribus decerni debet, ergo etiam, & in caſu reſtitutionis dotium, vtputa dicta æqualitas ſeruetur.

Præterea, & quinto loco ſi in principali, & probatorio termino tale crimẽ aduerſus mulierẽ obijci poteſt, cur non item in hoc ſubrogato, poſtquam ſtatutus eſt, obijci, & deduci ab hæredibus poterit? Cõſiderata in hoc mariti vi-

 uen-

74 uentis ſcientia, vel ignorantia, † nõ etenim ei imputandum eſt, qui ad ſui defenſionem excipiẽs alium legitimè offenderit, arg. nota. per Bar. & Doct. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iu. & in l. vt vim, eo. tit. quare rationi conſentaneũ cum, ſit, ſe defendere, vt ſupra, ſequitur, quòd vbi iſti tales a mulieribus circa dotium reſtitutionem incutiuntur, poterunt, etiam per criminis obiectum a tali impetitione ſe eximere.

Nec rurſus in hoc fauor ex parte mulieris conſiderari debet, iuxta tex. in l. j.
75 ff. ſol. matr. cum ex alio latere, † intereſſe plurimum Reipublicè delicta puniri reſponſum ſit, vt in l. ita vulneratus, ff. ad leg. aqui. & in ſpecie cohiberi amores, quo iter ad flagitia ſuccidatur.

Seſto loco conſiderari poteſt, quòd ſi per probationem factã in beneficio de obiecto adulterij crimine, in donatione, pp nuptias aduerſus mulierẽ ꝓnuntiatur, ergo eadẽ rõne, quoad dotẽ exiſtẽte, idẽ ius in ſententia deducẽdũ, cum præterea in ſequẽti inſtantia hoc ipſum minoribus attentandum nõ au
76 feratur; † quare hoc eſſet eos litibus, & expenſis vexare, quòd ferendum non eſt, l. minoribus, in fine, ff. de mino.

Sep-

77 † Septimo, & poſtremò accedat, qđ ſuppoſito, quòd minores præfati de lucro contenderent, ad hoc reſtituendi ſunt, per tex. in l. ait prætor, § fin. & in l. ſequenti, § quęſitum, ff. de mino. & alia notata per Couarr. lib. 1. varia. reſolutio. cap. 5. nu. 3. ergo, & quòd ſequitur.

78 † Vtcumq; tamen ſit, his, & ſimilibus alijs, quę afferri poſſent, parũ attentis, ſecundum præfatam Andreæ ſententiam in facti contingentia reſponſum, & decretum in conſilio refert idẽ D. de Franc. loco citato, & pro ea con-
79 ſiderari poteſt, primo, † quòd pœna dicitur lucrum ex parte lucrantis, per tex. in l. j. vbi Bald. C. ſi rector prouin. ſed dos hoc caſu illis, vti pœna adulterij cederet, ergo de lucro contendere facilè intelliguntur.

80 † Denique accedat, quòd in reſtitutione ex clauſula generali, quæ fauorabilior eſt minoris reſtitutione lucrũ in conſideratione verſatur, ſiue certũ ſit, ſiue veriſimile, vt per Alex. in l. cũ quidam. in j col ff. de acquir. hęred. attamen non procedit, vbi alterius vertitur iniuria, vt ibi per eum: ſed in caſu noſtro, nedum lucrum non attendi-

tur,ſed mulieris, quòd maximum eſt, vertitur infamia, ergo nequaquam de reſtitutione contendendum.

Hac igitur procedente ſententia nō ſubſiſtunt, quæ in contrarium conſiderata depræhenduntur. & primo ad
81 primum dicendum, † quòd licet inter damnū, & lucrum detur medium, et dos ſit huiuſmodi, tamen dictum medium iudicatur magis, vt lucrum, quā; vt debitum: & ſit, vt damnum, ita intelligente, & gloſante Baldo loco citato; ergo, &c.

Nec præterea obſtat ſecundum, qđ filius in paterna hęreditate dicatur de lucro agere, nam illud procedit in bo-
82 nis excedentibus legitimam, † cum ſecundum communes regulas poſſit pater de eis, legitima excepta, ad ſui libitum diſponere abſque eo, quòd alicui iniuriam inferat, cum ſuo vtatur iure, vt in l. 1. de iniurijs. At mulier hic de ipſamet legitima, & proprio ſibi quæſito patrimonio contendere dicitur, ergo, &c.

Quòd vero tertio loco dictum de incorporatione eſt, quòd ſcilicet eius retractatio damni cauſam conſtituat parum officit. Nam, & dos bene iuris diſpo-

83 diſpoſitione diſtinguitur: † eius enim in propoſito, non dicitur eò facta incorporatio, vt ſimpliciter, et perpetuo, hoc eſt ſine aliqua temporis præfinitione apud maritũ ſit, & eius futuros hæredes, & ſucceſſores; ſed ſub ea conditione, iam vulgari, de ea reſtituenda in caſu ſoluti matrimonij, prout iuris fuerit: vnde verè, & propriè de damno agere non creditur, ſed benè de lucro non perdẽdo, cum illud reſtituturi ſint, quod alias eorum prædefuncti teſtantes reuocabiliter acceperunt; de quo per Docto. in l. diuor. & in l. ſi cõſtante, ff. ſoluto matrimo. & in l. vnica, C. de rei vxoriæ actio. cum ſimilibus, ergo, &c.

Nec aduerſus allatam ſolutionem ſubijcias, quòd ratio eadem in feudo conſideratur; & ſic quòd illud pariter in caſibus expreſſis cum iure reſtitutionis incorporatum intelligitur, vt in c. j. quibus mod. feud amitt. & tamen, de damno vaſallus agere exiſtimatur, cũ ſuper eo relaſſando decertatur, vt per gloſ. in l. 1. § ſi quis propter, ff. de itine. actu. priua. & Bar. Alex. & cæteros, in l. non amplius, § ſi certum, ff. de lega. 1. Nã dici poteſt, diuerſam eſſe feudi cõſide-

ſiderationem ab ea, quę dotis circumfertur, nã & feudum in vaſſallum majori nexu tranſire conſpicitur, quã dos in maritum. Nam, & illud non niſi ob delictum reuocari poteſt: hęc vero ẽt ciuiliter, vt in legibus ſup. notatis, & ſic etiam abſque facto, & defectu mariti, illud vero ex facto, & delicto ſuo: vnde merito damno affici exiſtimatur, qđ pro ſolutione, omiſſis alias coaceruatis, in propoſito ſufficiat, videas tamẽ per Dec. in rub. extra de iud & alios in rub. C. de eden.

Nec ſubinde obſtat quartum, quod de dotis, & donationis ꝑpter nuptias æquiparatione dictum eſt. Nam, & ea ſemper, & vbiq; præcipua eſſe debet, vbi eadem ratio deprehenditur, quæ exequutionis prędictę fundamentum exiſtimatur. vnde ad rem noſtram decurrendo, eam non attendendam facile iudicabis, ſi diſſimilem In eis in propoſito ſubeſſe rationem comprehendes. Nam re vera minores iſti crimen obijcere intendẽtes in dotis petita reſtitutione, de lucro non perdendo agere conſpiciuntur, vt ſupra demonſtratum habes: in donatione vero propter nuptias de damno vitando, cum ea ex

pro-

propriis bonis defuncti veniat decernenda, †vnde eadem ex parte mulieris
84 lucrum dicitur, vt eſt tex. in auth. lucrū hoc, C. de ſecun. nup. quare, cum ratio eadem non ſubſit, ſed penitus diuerſa, non vtique pro æqualitate reſpondere licet, cum ratione omnia credantur æquari, quòd, & in propoſito firmare deprӕhenditur Caſtrenſis in vulgata l. 1. ff. ſol. mat. & habes per Marani. in allega. conſi. 102.

Ad quintū pro diſſolutione dicas, quòd ideo in probatorio crimē deducere licet, quia iure communi dictus terminus nititur, in beneficio vero nō item, cum ſpeciali iure procedat, vulgata l. ſi iudex, cumque etiam ad læſionem remouēdam inductam illud ſit, non conuenit, ut cum calliditate in aliorum iniuriā conuertatur, ergo &c.

Quoad ſextum dici poteſt, quod nō inconuenit, vt iura ſeruentur, in pronuntiando aduerſus mulierem in dote ſuperſedere, & maximè propter rationabilem iuris diſpoſitionem, quæ dictatur, ad crimina obijcienda non dari reſtitutionem, ergo, & quòd ſequitur.

Nec denique ſeptimum, & poſtremum

mum in conſideratione eſſe debet: nã, & ego bene etiam ſi de lucro minores agant, reſtituendos eos ſentio per iura allegata; & iuxta notata per Couarru. loco citato: tamen quod etiam ad crimen obijciendum in caſu prędicto admittendi ſint, dicta iura non declarant. ergo extenſio aliqua fieri non debet, eo maximè, quod nec ex clauſula generali, ſi quà iuſta cauſa videbitur, qua maiori ſubuenitur, quæ vt dictum eſt, fauorabilior eſt minoris reſtitutione, cum alterius iniuria, & infamia conceditur reſtitutio, conſiderato lucro ex parte reſtitui petentis, firma ergo remanet, quę ex Andręa duplex reaſſumpta concluſio eſt.

85 † Denique pro complemento in hac quarta conſideratione, quęri illud poteſt, maximè controuerſum. Nam ſcilicet in cauſis liquidationum inſtrumẽtorum beneficiorũ petitioni locus veniat tribuendus; & ſic exempli gratia. Nũquid mulieri, aut alteri cuiuis priuilegiato, via Ritus conuento, atq; eidem in vinculis cauſam dicenti, aut extra reali facto depoſito, ea nõ benè dicta, aut comprobata, ad eam rurſus comprobãdam prædicta decernenda ſint bñficia?

Et

Et in hac quæſtione affirmatiuā ſententiam multa protendere videntur. & primo conſiderandum occurrit, beneficia huiuſmodi deferentem conſtitutionem. Generaliter in iudicijs læſis in probationibus, concedendam reſtitutionem ſtatuere, quare criminalibus cauſis excluſis rationibus ſupra proximè conſideratis in reliquis indiſtinctè
86 deferri poterunt, † & ſic etiam in hoc ſecūdum formam Ritus extraordinario iudicio, cumq; etiam vulgatę pragmatice, curſu dilationum, diſpoſitio ſimpliciter ſtatuat; in cauſis pupillorū viduarum, & aliarum miſerabilium perſonarū de iure, & Regni conſtitutionib. ſtatuta procedere beneficia, quare cauſæ exequutione minimè excludi debent.
87 † Pręterea, et ſecundo animaduertēdū, quòd, etſi hmōi cauſarū actio criminalis perſpiciatur ob periurium, verè tamen negotium totum hodie ciuile exi
88 ſtimatur, † cum aliqua pœna corporali debitor contraueniens non affligatur, vt per Dominum de Franchis in deciſ. 353. nume. 7. & ſic abſolutè de ſpeciei, aut quantitatis præfatione contenditur, quare in eis conſiderari debent, cum beneficia ipſa, quæ nequaquam

præ-

præiudicialia ſunt, amplianda veniãt, non autem reſtringenda, præſertim præfatorum iurium generalitate procedente.

89 †Inſuper,& tertio criminalis actio in ſuo officio occupata reperitur, iuxta Ritus item, quòd ſi qui debitores, diſpoſitionem, & in præſtando expeditam exequutionem guarentigiatis inſtrumentis, neglectis quibuſuis altiorem indaginem requirentibus exceptionibus ad eorum impediendam exequutionem, opponendis. Quare dicta tributa exequutione, ſequitur, quòd pleniſſimè in ſuis iuribus priuilegiatus aduerſarius audiẽdus eſt,& ſic ẽt in terminis beneficiorũ, ſibi ſtatuendorum, cum tunc de ſatisfactione contendat, aut per aliam exceptionem ciuiliter ſe defendat, principaliter agendo.

90 † Quarto,& poſtremo rõcinari in hũc modum poteſt, dicendo, quòd quoad exequutionem præſtandam guarentigiatis inſtrumentis, iſta duo æquiparãtur, videlicet quòd debitor non ſoluẽs, carceribus mancipetur, vel quod faciat

91 reale depoſitum, † Nam, & qui animo non ſoluendi deponit, vtputa aduerſus factum depoſitum ſe defenſurus, vtiq; mi-

minimè ſoluere creditur, ſed facto reali depoſito, termino exceptionibus comprobandis dato, elapſo, eiſq; non bene probatis, beneficia competere, concluditur vt infra, ergo etiā debitore in carceribus coniecto, & in eis cauſam dicēte, vt ęquiparatorum idem ſit iudiciū.

His tamen, & alijs multis, quæ afferri poſſent, non obſtantibus, contrariam negatiuam optimo iure ſugerente alia comprobare deprehenduntur, & pro ea primo loco offertur conſiderare, ꝙ in criminalib. cauſis, iuxta plenè enarrata in præcedētibus, beneficia nō cōpetunt, & habetur per Speculat. in §. 3. nu. 8. in tit. de exceptio. & replicatio. & Barto. in vulgata l. auxilium, de minor. ſed cauſę liquidationum præfatę ob ꝑiurium criminales eſſe intelligūtur, vt in præcedentibus dictum eſt, atque earum inſtar procedunt, ut inferius dicetur, ergo in eis quoque dicta beneficia non competere exaudienda ſunt.

Secundo pro eadem accedat, in cauſis litterarum ſignificatorialium, & reuiſionis earum aliquem ad pinguius probandum terminum non concedi, vt in præcedentibus adnotatum eſt, ex Dom. de Franch. decıſ. 347. Ergo multo

ma-

magis nec in cauſis liquidationum is ſtatuendus eſt, cum de comprobandis oppoſitis exceptionibus agitur, iuramẽto inſuper, ac criminali actione inde fluenti; conſideratis.

92 † Tertio accedat, quòd pax eſt ſpecies pacti, vt in l. 1. ff. de pactis, inſuper contrahentes paciſci dicuntur, & ſic
93 pacem inire: † ſed aduerſus pacem factam denegantur reſtitutiones, vt per Lucam de Pen. in l. 1. C. de publi. lęti. lib. 12. vti eum refert Vrſill. in Affl. deciſ. 390. num. 3. ergo, & quę ſequuntur.

Quarto expendatur ad idem tex. in l. 4. §. ex conuentione ff. re iudicata, dũ
94 in eo cauetur expreſſim; † quòd ſi in rem iudicatam fideiuſſores, vel pignora accipiantur, non per hoc impediri exequutio dicitur: & in ſumma concluditur, quòd vbi aliquid rei iudicatę accedit, non per hoc ab ea receſſum cenſetur: ergo idem, & in noſtro caſu, cum rei iudicatę vicem obtineat, quod ſcilicet; quamuis debitoris acceſſerit carceratio, non tamen per hoc a dicta via extraordinaria adhuc criminali actione perdurante, receſſum dicitur. ergo de eis in huiuſmodi cauſis, indulgendis tractari non poteſt.

95 †Quinto,& poſtremo omiſſis alijs, dicas, quòd qui ſoluere tenetur, debet implere ſpecificè, nec fideiuſſorē dare ci ſat eſſe putatur, d.l.4 §.ait prætor, cum allegatis paribus in Rota Bonon. in conclu.77. nu.3. & per Mantu.
96 in ſuo ſingula 404. †ſed dum quis carceribus mancipatur, dicitur ſeipſum dare pro ſecuritate, ergo non dicitur actioni criminali ſatisfactùm, & conſequenter, ea vlterius procedente, nō coüeniunt reſtitutiones, vnde ſucceſſiuè ad rerum capturam deueniri po-
97 teſt, ad creditoris libitum, †cum per carcerationem ſibi ſolutum non ſit, vt infra dicetur.

98 †Quid dicendum? Ego ab hac Negatiua hoc modo comprobata nō puto recedēdum, quare quæ pro affirmatiua primo loco inducta fuere, nō ſubſiſtere intelliges, ſi mecum vna ad eorum diſſolutionem decurres, & primo non obſtat allegatorum iurium generalitas, nā & ea, ex cauſis ſupra enarratis reſtringenda eſt, cum in criminalibus non competāt. quare nec in hiſce liquidandorum inſtrumentorum,
99 cum criminales credantur: † namq; in eis, vti in cœteris aliis criminalibus, p-

Q curator

curator nõ admittitur iuxta text.in ca. veniens, de accuſatio. etiam ad media cauſæ intelligendo, vt dicitur in ritu magnę curiæ incip.item ſeruat dicta curia, ſub tit. de procurat. & in Ritu, qui incipit, item quòd in cauſis Criminalibus, & habetur per Affl. in ſua deciſio. 64. & facit regula, l.pen.§.ad crimen, ff. de public.iudic. licet de iure communi ſecus diſpoſitum fuerit, vt habetur per Batt.in allegato, § ad crimen.

Quoad ſecundum dici poteſt, teli iudicium criminale exiſtimandum ob criminalem eius actionem, vt in antedictis, quare quòd de quantitate præſtãda, aut ſpeciē contendatur, non attendendum eſt, dicta criminalitate propter debitorum cũctantium odiũ vlterius conſiderata, cum adhuc aliud agendum ſuperſit, & ſic facienda ſolutio, cuius gratia criminalis illa actio datur, & intenditur. quare rationi conſentaneũ eſt, eam non extingui, at potius durare, donec ſolutio prædicta, iuxta conuenta, facta nõ fuerit, de quare, vltra allegata pro noſtra hac negati-
100 ua † habes tex. ſollennem in l. grege, §. etiam ſi creditor, ff de pignoribus. præſertim dũ ibi in fine dicitur, nec enim

per

per hoc videtur ſatisfactum creditori, quòd habeat iudicati actionē, vt ſibi, videlicet, competens hypotheca ſublata intelligatur, de quo per Petrum de Rauen. in ſingu. 630. ſic, & in propoſito minimè creditori ſatisfactum per huiuſmodi criminalem actionem intentatam intelligendum eſt, ex eo, qđ mancipatus carceri debitor ſit, cū non
101 per hoc ſolutum ei intelligatur. † cum carcer debitum non ſoluat, ſed burſa; vt dicit Bal. in cap. delatis, extra de ap-
102 pellatio. † nec præterea ex hoc quod ad capturam proceſſum eſt, ſatisfactū dicitur, vt in capit. contingit, col. 5. de dolo, & contuma. idem Bal. aſſeuerat, quare eādem actionem durare intelligendum eſt, quemadmodum in textu allegato durare hypothecam deciditur, ergo, &c. & ex his pariter ad tertiū argumentum reſponſum patet.

Quoad quartum vero, & vltimum de æquiparatione facta; dicas nullo pacto eam poſſe procedere, nec inter ea proportionem aliquam poſſe conſiſtere. nam principali debitore, aut fideiuſſore in carceres coniecto per ſupradicta, aliud ſupereſt agēdum, & ſic ipſa realis ſolutio, ſed facto depoſito,

 libera-

liberatione ſequuta quoad ipſum creditorem, criminalis illa acto penitus extincta creditur, cum ei omni modo ſatisfactum ſit. quare merito eo caſu facta ſatisfactione, is debitor atiam cum terminis beneficiorum in oppoſitis exceptionibus ſuo loco, & tempore intelligendus eſt, cum iura tunc ſemoto odio, ob moram purgatā ei quammaximè faueant, exiſtimantia quemq̃ non temerè, ſed bona ex cauſa ad proſequendam exceptionū comprobatione perduci, quibus omnibus pręmiſſo modo ſublatis firma remanet, quæ ſupra comprobata eſt, negatiua.

103 † Quæ tandem reſtringenda eſt, & limitanda primo, vt ſupra proximè dictum eſt, vt non procedat, ſi facto depoſito ſuper exceptionibus procedatur,
104 † cum tunc iudicij criminalis rigor ſublatus dijudicetur, quare inſtar cauſarum ciuilium in dicta cauſa procedendum eſt, cum tunc ſuper repetitione depoſitę, & creditori libertate quantitatis conſtitutum iudicium intelligatur, iuxta notata per Bar. in l. Iulianus, ff. de condictio. indebiti, & in l. 1. §. & parui, ff. quod vi, aut clā, de qua limitatione habes per Anton. de iudi.

Rober.

Rober.in ſuo tracta. de liquidatio. inſtrumento.conſideratio.4.num.51.& faciunt notata per Couar.lib.2.variar. reſolut.cap.2.num.3.

105 † Denique eadem poteris nouiter limitare, vt non procedat, vbi euitatis carceribus per prõptuarias probationes in cauſa ipſa ordinariè procederetur iuxta ritus 174.diſpoſitionem. Nã tũc,cum ritus prædicti rigor ſublatus ſit, vtique ordinariè dicitur in cauſa procedi, vti atteſtatur idem de iudice Rober,in loco allegato , nu.54.quare ea competere in præmiſſo caſu indubitati iuris eſſe credendum eſt.

Illud tamen quęreres, cur ſit, quòd ordinariè procedi dicatur, ſi iam per promptuarias probationes iudicium terminatum eſt?

Pro reſponſione nequaquam illud finitum dicas,vtputa parte altera,et ſic creditore ipſo in ſuis iuribus non au-

106 dito,† cũ dilatio illa promptuaria, vti pęnitus extraordinaria, creditori ipſi non communicetur, vt quæ ſoli conuento a ritu tributa aduerſus eius rigorem intelligitur. quare eo ceſſante per dictas promptuarias probationes,merito ſubinde competens vtrique parti

ad probandum eorum incumbentia
107 terminus ſtatuitur,† quòd optimè ex memorati ritus lectura conſtat.

Nam dũ dicitur, ꝙ ſi aliquis ſuper tenore inſtrumenti interrogatus, falſum illud eſſe dicat, aut verum quidem, ſed ſe ſatisfeciſſe ſubijciat, dicti ritus diſpoſitione duo præcipiuntur, & ſic alterũ quòd detineatur, alterum vero, quòd detur eidem terminus ad probandum ſuas defenſiones: at ſi per promptuarias probationes ſe ſatisfeciſſe probauerit, illum non detineri præcipitur, quare alterum remanere intelligendũ eſt, & ſic terminus dãdus ratione prędicta, atque ita dictum ritum exauditum per dictum de iudice Rober. loco allegato legere eſt, & hęc pro huius articuli diſſolutione pſtrinxiſſe ſatis ſit.

108 †A prædictis tamen nõ diſcedendo, & vlterius deducendo Rem, quia contingit interdum inſtrumentum guarentigiatum liquidam non continere quãtitatem, vtputa quod intereſſe pręſtari in eo cõuentum ſit, & ſic pro qua quantitate ſecundum formam memorati Ritus, liquidari valeat, ignoratur: vnde ad illam taxandam, & liquidandam terminus exquiri ſolet, & conceditur

ditur prout ex Ritu 167. 181. & 286. aduerſus alias ſentientem. Grauinatem in dicto Ritu 167. nu. 15. 16 & 17.
109 Ebolitanus proſequitur, † quem conſtat conſequenter citato ad hoc Aduerſario communicari debere, iuxta plura a me in 3. conſideratio. ponderata, nu. 52. & 53. cum pluribus ſequentibus, ita vt ad ſui libitum is non obſtante dicti Ritus rigore aduerſus faciendam liquidationem allegare, & probare poſſit, quemadmodū notabiliter voluit Bald. in l. 2. num. mihi 7. C. de execu. rei iudi. quem refert, & ſequitur Hyppo. in ſuo ſingu. 168 vbi ſimilia percurrit, & Couarr. lib. var. reſolu. 2. c. 2. nu. 1. verſ. primum ex his. Num in quam, ſi acciderit in præfato termino mulierem fortaſſe nō probare, ea vti in probationibus læſa pro eis vlterius perficiendis, beneficia petere valeat?

Et in hac quæſtione, quò breuibus, & pro rei veritatem decidatur, aut ſupponimus iudicis pronunciationem interuenire debere, aut econuerſo nequaquam illam exigendam fore, † & vt primum caput proſequamur, requiſitam huiuſmodi pronunciationem Doctores voluerunt, vt Bal. loco alleg. & Ebo-
110

litanus in dicto Ritu, non quidem ad
certam quantitatem definiendam, ſed
bene, qua principali iudicio Ritus, fun-
damẽtum extruatur, quod conſtrui in-
telligitur, cum liquidum inſtrumentũ
111 effectum pronunciatur, † quemadmo-
dum ad excludendam compromiſſi pe
titionem liquidi inſtrumenti exceptio
ne oppoſita ex pragmatica diſpoſitio-
ne obſeruari ſugeſtum eſt, vt per Alex.
in conſi. 166. incip. viſo puncto, volu. 2.
& tunc ad rem noſtram decurrendo,
ex ſuppoſitis per Couar. in repetito lo
112 co, † non dari beneficiis locum clariſſi
mè concludi poteſt. Nam cum ex ap-
pellatione ab huiuſmodi interloquuto
ria interponendà iudicium alias ſum-
mariè agitãdum, futurum ordinarium
ſperetur, in quo quàm maximè mulie-
ri huic, aut alteri priuilegiato conſultũ
intelligi poſſet, non eſt cur in huiuſmo
di præparatione de reſtitutione contẽ-
dendum ſit, exemplo, & ratione eius,
quod in ſummario ante litis conteſta-
tionem, iudicio in præcedentibus ad-
notatum eſt.
113 † Hinc ratione præfata, vt ad caput al-
terum deſcendamus, ne tale videlicet,
iudicium ſuperluſorium fiat, non adhi-
ben-

bēdam huiuſmodi pronunciationem voluit Couarr. iam dicto loco, cum per proceſſum ad vlteriora, tacitè pronunciatum intelligatur, quòd & in mille caſibus adnotatum, & reſpōſum legere eſt, & in hoc bene conuenio. & ad rem noſtram decurrendo in hoc caſu
114 beneficiis, † aditum adaperiendum attentari poſſet. Nam in effecto caſu, nulla aduerſus inſtrumentum opponi exceptio dicitur, ſed bene aduerſus definitionem incertę ipſius contractus quantitatis, vnde Ciuilis cauſa intelligitur, cum in ea criminalis Ritus actio non perſentiatur. quare non obſtante ſum-
115 marietate cauſæ, † cum probationes in ſummarijs reſtringēdæ non ſint, & maximè vbi læſio ſubeſſe conſideratur, vt hic, iure beneficia decerni poterūt, cūque etiam quicquid ei obeſſe poteſt ſibi adducere licere, reſponſum ſit per Couarr. quo ſupra loco, & ſic etiam in prædictis beneficiorum dilationibus.

Quicquid tamen ſit, contrariam ſententiam iure meliori ſuffultam procedere ex infra ſcriptis intelligere eſt, & primo, vt a contrariorum diſſolutio-
116 ne exordiamur, cōſidera, † quòd quāuis in tali iudicio criminalis actio non per-

perſentiatur , tamen in eo optimè actio prædicta, vti in eius præparatione repręſentari depręhẽditur, illiuſq; indicatur aduentus, vt dicitur per Deci. in rube. C de eden. col. 1. ita vt eius principium intelligatur, qđ ſi ita eſt, accedat vulgaris illa iuris diſpoſitio,
117 † quæ ſe habet, quòd idem iudicandũ eſt de principio actus, ac de ipſo actu, l. non ideo, C. de hæred. inſti. ergo, &c.
118 † Præterea præfatum iudicium re vera ſummariũ eſt, tum quia per ſummarias probationes, & abſque taxationis decreto expeditur, vt in l. 1. ff. de lega. 2. Alex. notauit, per tex in l. 1. cum ibi notatis per glo. & Doctores, C. de ordine cogniti. cumq; etiam ſummariumritus iudicium demonſtret iuxta ſupradicta. quare ex vulgaribus in pręcedentibus effectis, ſuperuacuum putatur de reſtitutione contendere , eo maximè ſuppoſito, quòd data inſtrumento exequutione iterum intermiſſa, quæ fuere iura, produci poterunt, ac etiam cum beneficiorum terminis, ſi facto depoſito, aut alias ritus ſublato rigore ordinariè in cauſa procedi contingat, vt dictum eſt.

Deniq; quòd conueniendus in iam dicto

dicto iudicio in termino ad liquidandum dato, excipere aduerſus liquidationē valeat, obuenit ei ratione ſeruandę in iudicio ęqualitatis: quare alijs dilationibus aditus patefaciendus iure non eſt, & ita dicas.

119 † Sed, & illud tandem æquè curiosè conſiderandum putaui, quid iuris videlicet, dicēdum eſſet, ſi exequutione rei iudicatę procedēte in bonis ſuis priuilegiatus aliquis exequutum in iudicio proteſtetur, ac in termino ad hoc ſtatuto de præfato ſuo iure non probauerit. Num inquam per in integrū reſtitutionem ad probationē omiſſam perficiendam admitti debeat? quæ concluſio eadem eſt, cum illa, quæ in tertia ꝯſideratione remiſſiuè propoſita fuit. An ſcilicet venienti tertio aduerſus rē exequutam cōpetant beneficia, de qua dic, vt ſubijcietur.

Et primo, quòd ea nullo modo de-
120 cernenda ſint, conſidera † quòd iudicium pręfatum ſummarium dicitur, & ſic tam reſpectu dilationis, quam reſpectu probationis faciendę reſpectu dilationis, quia breuis Terminus ſtatuen-
121 dus eſt, † qui cū probatorius ſit, peremptorius intelligitur, etiam quòd nō dicatur

catur, ut per Barto. in l. ſi finita, §. Iulianus, nume. 9. ff. de dam. infec. Reſpectu
122 vero probationis, † quia plenam non exigit probationem, ſed ſemiplena cōtentum eſt, cum non tendat aduerſus exequutionem, ſed bene aduerſus ipſam rem exequutam: nam facile eſt ex re iudicata exequenti ſuper alia re rem
123 iudicatam exercere. † Hinc intelligis, quod ſi ex tali ſemiplena probatione res exequuta probanti relaſſetur, nō tamen per hoc præiudicium aliquod vero Domino rei prædictæ dicitur inferri, vt clarè dicitur in l. a diuo pio, ſ. ſuper rebus, ff. de re iudic. Sed ad rem deueniendo in iudicio ſummario nō cōpetit reſtitutio, vti aduerſus probationem omiſſam in termino illo quinq; dierum iuxta pragmaticam comparente, de quo ſupra multa perſtrinximus, ergo neque & in hoc, & præſertim fauore rei iudicatæ.

Vlterius conſiderari poteſt reſtitutionem cum leſione concurrere iuxta vulgaria, ſed ex parte minoris ſemiplenè probare non curantis nulla conſide
124 ratur læſio, † cum liberum illi ſit poſtmodum ad illam rem conſequendam ordinariè agere, iuxta notata per Bart. in

in extrauagan.ad reprimend.in verbo, ſummariè,nu.3 ergo de reſtitut. diffe- rendum non eſt.

Præterea dato qđ lęſio aliqua poſſet conſiderari,cum plurimum interſit litibus, & expenſis non vexari,vt in l.mi
125 noribus,ff.de min. †tamen modica cre denda eſt, qua ſtante reſtitutionem nõ competere adnotatum eſt,vt per Capi. in ſua vulg. deciſ.13.quē refert,& ſequi tur Dom.de Franch.in deciſ.290. Gozad.in conſi.44.nu.8. per doct.Bart.in l.ſcio. ff.de in integ.reſtitu. cum ſimil. Tandem ex hoc ſequeretur vnū abſurdum , quòd vltra quòd potuiſſent quatuor beneficia inter principaliter litigã tes concedi , quòd ſi in obtentis beneficijs priuilegiatus iſte nõ probaret, in iudicio poſtmodū ordinario inſtituendo ad ea admitti non poſſet,alias vel ratione eiuſdem rei litigãdæ quatuor beneficia principaliter obtineret, aut in cauſa principali ordinaria , eſſet cãſus beneficiorum abnegatiuus, qui aliquo modo apud Doctores cogitatus nõ eſt. ergo , &c.

Verum, & ſi ex prædictis non decernenda in ſuppoſito caſu beneficia,concludendum ſit, vnum tamen redit me

valde

valde dubium, quòd ex allegata l. mino
126 ribus deductum eſt, † & ſic quod quã
maximè putatur minoris intereſſe liti
bus, & expẽſis non vexari, quòd ex præ
fata deciſ. minori prædicto eueniret, &
quidem magna læſio eſset: nam quòd
poſset ſine faſtidio, & quaſi ſine expen
ſis ſummariè ſub breui dilatione termi
nare, illud ſibi per ordinarium iudiciũ
non ſine labore, & expẽſis peragendũ
127 reſeruatur, † & tamen vbi magna lęſio
ſubeſse intelligitur, eſse reſtitutioni lo
cum patet, vt per allegatos Doctores,
ergo, & quod ſequitur.
128 † Quid dicendum? Hanc quæſtionẽ
fuiſse de facto in cõſilio mihi relatum
fuit, & abſque reſponſione aliqua, ſeu
decreto ſuper vertente exequutionis
cauſa diu ſuperſeſsum fuit, ita, vt poſt-
modum quid concluſum fuerit, reſcire
129 non potuerim: † quicquid tamẽ ſit, prę
dictis non per viam reſtitutionis con-
ſulendum exiſtimo per prędicta, ſed be
ne per aliam dilationem de facto conce
dẽdam donec, & quouſque res integra
fuerit, & ſic ad rei exequutę venditio-
nem, vel adiudicationem proceſsum
non ſit, & iſta eſt ſentẽtia multũ ęqua,
quæ etiam ex multis poſset roborari,
quæ

quę ego iã cenaturus de hoc intimius ſciſcitantibus inueſtigãda relinquo, & ex his huic Quartæ Cõſiderationi Beatiſſime Virginis ac Diui Franciſci meritis ad vlteriora proceſsus præcludatur. Amen.

RERVM SVMMAE.

1 *A quo tempore Beneficiorum petitioni locus pateat deducitur.*

2 *Poſt concluſum peti non poſſe beneficia rationis, & iuris authoritate arguitur.*

3 *Poſt concluſum amplius non eſt cognoſcere, ſed cognitum eſſe.*

4 *Poſt concluſum proceſſus infra dies octo ex pragmaticæ diſpoſitione iudici expediendus, præſentandus eſt.*

5 *Cauſæ poſt concluſum ex conſtitutionum iure infra dies decem terminandæ ſunt.*

6 *Per concluſionem renunciatum probationibus cenſetur.*

7 *Poſt concluſum nõ poteſt opponi exceptio, quæ poſt ſententiam opponi non poſſet.*

8 *Competere poſt concluſum beneficia variarum legum inductione demonſtratur.*

9 *Reſtitutioni renuntians lædi dicitur, vnde reſtituendus eſt.*

10 *A natura tituli validum eſt argumentum.*

11 *Ex-*

11 *Expeditur Ritus 296.*
12 *Ritus prædicti diſpoſitio in viridi obſeruatione non eſt.*
13 *Cum concluſione cauſæ introductio concurens, beneficiorum petitionem excludit.*
14 *In ſacro conſilio poſt publicatum de impertinentibus diſceptari poteſt, dummodo ad aliũ actum proceſſum non ſit.*
15 *Cauſa introducta per viam in integrum reſtitutionis, beneficijs locus patere poteſt.*
16 *Ex Sacri Regij Conſilij prouiſione per viginti quatuor horas poſt publicatam expediendarum cauſarum liſtam, beneficia petere licet.*
17 *Cur cauſa introducta decernenda non ſint beneficia, eſſertur ratio.*
18 *Excellentiſſimi Comitis Mirandæ Proregis expenditur pragmatica ſanctio.*
19 *Cauſæ poſt habitam loci inſpectionem ex allegata ſanctione infra menſem terminandæ.*
20 *Vbi loci deſideratur inſpectio, nunquam ea fieri permittitur, niſi elapſo tempore petendis beneficijs præfixo.*
21 *Nulla maior probatio, quã ocularis inſpectio.*
22 *Iudex parte altera inſtante ex cauſa poteſt priuilegiato mandare, vt infra certum terminũ competentia petat beneficia,*
23 *Comminatio illa, alias prouidebitur, vt iuris, nullius eſt roboris, & cur.*
24 *Iudex ex officio etiam, beneficia decernere pōt.*

25 *In*

25 *In terminis l. diffamari C. de ingen. & manu. multa referuntur.*

26 *Ad obtinendum in terminis dictæ legis, quæ requirantur, exponitur.*

27 *An veniens ad ſua iura proponenda in terminis dictæ legis, coram auocante iudice litigare compellatur pulchre habes remiſſiuè.*

28 *Legis diffamari, diſpoſitio ad ciuilia quoq; protracta eſt, & cur.*

29 *variatus iudex poteſt varianti terminum præfigere, in quo vna cum actis coram iudice electo ſe præſentare habeat.*

30 *Hodie in praxi quòd dictum eſt, non obtinet, & cur.*

31 *Facta variatione, iurata ex conſtitutionibus perhorreſcentia iudex competens ſtatim incompetens efficitur.*

32 *Qua cautela variantibus dilatandi iudicij gratia occurri poſſit, memoratur.*

33 *Memorata pragmatica ſanctio in maioribus ciuitatis Neapolis tribunalibus intelligenda eſt.*

34 *Madritia lege per quindecim dies a publicatione decurrendos, reſtitutionem petere licet.*

35 *Non venienti ad infringendum tertio poſt annullatam ſententiam ex eo, quòd male concepta fuerit, competant beneficia, quæritur.*

36 *Paria ſunt aliquid prorſus non fieri, aut minus Ritè.*

37 *Non dicitur finitum iudicium, dum aliquid ſupereſt agendum.*

38 *Quòd neglecta beneficiorum, petitione in præmiſſa quæſtione ad cauſæ expeditionem procedendum ſit, in collaterali Conſilio deciſum.*

39 *Tertius ad infringẽdum veniens non cogitur in eo ſtatu cauſam ingredi, in quo reperitur.*

40 *Actu aliquo annullato non ſequitur ad alium actum reſtitutio, qui, ante actum nulliter geſtum fieri poterat.*

41 *Tertio huic venienti cur poſt publicatum decernantur beneficia conſideratur.*

42 *Poſt publicatum veniens Tertius quemadmodum ad iudicium is admittendus ſit, refertur.*

43 *Nec principalis litigans, vt ſupra annullata ſententia ad beneficia admittendus eſt.*

44 *In caſu præmiſſo citatio ad dicendum rurſus facta, cauſæ introductionem non dicitur perimere.*

45 *Num hæres veniens, & ſententiam, vti contra mortuum latam, annullans ad beneficia ex defuncti priuilegiati perſona admitti debeat, quæritur.*

46 *Nulliter aduerſus Mortuum fertur ſententia.*

47 *Inſtantia per defunctum cœpta in hæredem vſque ad triennium continuare dicitur.*

48 *Defectus omnes in prima inſtantia emiſſi, in ſecunda ſuppleri poſſunt.*

49 *Non debet fieri per plura, quod per pauciora,*

&

& æque bene fieri poteſt.

50 *Concluſione per beneficij petitionem reſciſſa, re pulſa peti non poteſt.*

51 *Cauſarum curſus retardari non debet.*

52 *Competere venienti hæredi in quæſtione propo ſita petita beneficia, concluditur.*

53 *Conſideratur caſus in quo per beneficij petitionem concluſione reſciſſa, repulſa decernitur.*

54 *Beneficiorum materia fauorabilis, vti publicã reſpiciens vtilitatem.*

55 *Pro cauſarum curſu non retardando probationes non reſtringendæ, ſed iuris apices tollendi.*

56 *Num reſtaurata inſtãtia competant beneficia declaratur.*

57 *Priuilegiatis pro inſtantia decurſæ reſtauratione ſpiritus inſufflatio non exigitur.*

58 *Reſtitutiones vſque ad quadriennium peti poſſunt.*

59 *A die lapſus termini probatorij præfatũ quadriennium dicitur computandum.*

60 *Non valenti agere non currit præſcriptio.*

61 *Num inſtantia reſtaurata ſimpliciter per totã eam beneficia peti poſſint, an vero per id tempus, quod quadriennio deeſt, quæritur.*

62 *Num in nouo, veteri mortuo ligitio, beneficia competant, in dubium, reuocatur.*

63 *Poſito quod concedenda ſint, num per id tẽpus, quod quadriennio deeſt, & quod per totam*

R 2 *inſtan-*

inſtantiam concluditur.

64 *In huiuſmodi nouo litigio cõpetunt omnes exceptiones, quæ in veteri litigio competebant.*

65 *Quoad petendam reſtitutionem in hoc nouo litigio nouum quadriennium ex eius termini lapſu computandum.*

66 *De beneficijs per calumniam non petendis plura conſiderantur.*

67 *Nunquid per calumniarum authores procuratores inquam ſine ſpeciali mãdato peti poſſint beneficia latiſſimè diſcutitur.*

68 *Fiſci procurator ſine ſpeciali mandato reſtitutionem petit.*

69 *Quod et in omnibus alijs publicum officium gerentibus procedere ſubijcitur.*

70 *Procurator per litis conteſtationem, eius dicitur Dominus effectus.*

71 *Qui in cauſa mandatum habet, ad ea quoque omnia illud habere dicitur, ſine quibus cauſa nequit expediri.*

72 *In cauſis in quibus principalis in aliquam pœnã non incidit, procurator admittitur.*

73 *Procurator ex generali mandato temere beneficia petens, ipſe, non principalis mulctatur.*

74 *Quod in procuratore, pro petendis beneficijs, ſpeciale mandatum non requiratur, concluditur.*

75 *Vbi principaliter de reſtitutione diſſeritur, mandatum requiritur ſpeciale.*

76 *In incidenter petenda, cuiuſmodi beneficia intelliguntur ſufficit generale.*
77 *Expenditur tex. in cap. coram, de in integrum reſtitutio.*
78 *Ex Sacri Conſilij prouiſione procuratores tantum excluſis principalibus ad beneficia petenda admiſſi, & cur.*
79 *Sublata dicta Sacri Conſilij prouiſione indiſtinctè, & procuratores, & principales beneficia petunt.*
80 *Quemadmodum mulctentur beneficia temerè petentes procuratores, & principales latè diſtinguitur.*
81 *Ante actis temporibus de mulctandis temerè beneficia petentibus, ſanctio male ſeruata eſt.*
82 *Eadem, alia nunc Excellentiſſimi Proregis Comitis Mirandæ, pragmatica ſanctione illuminata eſt.*
83 *Pœna nominationem in beneficijs temerè, facientium memoratur, remiſſiuè.*
84 *Num, ad effectum euitandi pœnam in beneficio ſatis ſit principalium depoſitionem petere, dubitatur.*
85 *Principalium depoſitio probatio non eſt, ſed ab onere probandi releuatio.*
86 *Præfata quæſtio principali ſanctione contra petentes terminata.*
87 *Num pœnam euitare intelligetur, ſi ſtante ſe-*

miplena probatione ſuppletorum iuramentum ſibi deferri petierit, quæritur.

88 Prædictum iuramentum per ſe probatio non eſt, ſed probationem perficere creditur.

89 Actus alias inualidus, vbi confirmatur, recipit nomen a confirmante.

90 Si ad inſtrumenti comprobationem teſtes inducantur, per inſtrumentum dicitur probatio fieri, & non per teſtes.

91 In denominatione ad illud non reſpicitur, quòd alterius adiuuandi gratia agitur.

92 Suppletorium iuramentum verè inter probationes receptum.

93 Limitatur ſupradicta concluſio, ut non procedat, vbi poſt publicatum beneficium petitum eßet.

94 Item limitatur, vt non procedat etiam poſt concluſum, vbi iuramentum ante concluſum deferri petitum fuiſſet.

95 Num vti minor in lite curatorem petens, & aduerſario non contradicente, illum obtinens ad beneficia poſtmodum quamuis maior ſit admitti debeat, reuocatur in dubium.

96 Et, quòd facto aduerſarij tacentis ad illa habilitatus cenſeatur, reſpondetur.

97 Quemadmodum huic fraudulento maiori occurrendum ſit, ſubſcribitur cautela.

98 In propoſita quæſtione ſi aduerſarius ſe opponens, maiorem ætatem comprobare vellet,

ante

ante terminum audiendus non eſt.

99 Quemadmodum ſibi prouidendum ſit ſubijcitur.

100 Sufficit Aduerſario huic, iſtum aßertum minorem ante terminum non approbare, nam illum in termino maiorem probando a reſtitutione excludet.

101 Priuilegiatus non ſimpliciter reſtituendus eſt communi iure, ſed cum aliquali cauſæ cognitione, & an procedat in Regno.

De Primo, & Secundo Beneficio.

CONSIDERATIO QVINTA.

VSQVE AD QVOD TEMPVS BENEficia competant, ac peti poſſint, variè exponitur, ac denique de eis per calumniam non petendis plura ſubnectuntur.

RESTAT tandem, vt ſi quæ ſuperſunt, alia ad hanc ipſam rem pertinentia proſequamur, & primo ex qua iudicij parte petēdę, indulgendęque reſtitutionis pateat facultas, ad queue vſque tempora legitime extendatur. Quare pro noſtro inſtitout ordinatè procedendo conſiderandum
1 eſt, † poſt in cauſa publicationem factam, atque in ea didicitis, ſi quæ adſunt, teſtificatis præfatę petendę reſtitutionis priuilegiatis aditum prçſtari, ita, vt nec eiſdem poſt concluſum, re integra, ad eam iam patefactus aditus præ-

præcludatur, vt per glo. in d. conſtitu. obſcuritatem, col. 6. ver. ita etiam vigore beneficij.

Verum quòd poſt publicatum, vt dictum eſt, peti, decerniq; valeant beneficia neminē inficiari aduertimus: quòd vero eadem, iam in cauſa emanata concluſione comperant, non ſine difficultate apud iuris ſtudioſum, ita ſimpliciter pertranſeundo, relinquimus,
2 † quin potius tum rationis, tum etiam iuris authoritate in contrarium is ſubmoueatur. & quidem primo cōſiderādo vulgatum illud, quod dicitur:
3 Poſt concluſum nemo loquatur, † cū concluſione facta nō ſit cognoſcere, ſed cognitum eſſe, vt in pragmatica Regni incip. poſt concluſionem cau-
4 ſæ, ſub tit. de ordine iudicio. † atque ea facta proceſſus per Magiſtrum Actorum ordinandus infra dies octo ius dicenti præſentādus eſt, vt dicitur in alia pragmatica incip. concluſi. facta eo. tit.
5 † Atque conſtitutionum iure cauſæ poſt concluſum infra decem dies terminandæ occurrunt, vt in Regni conſtitu. incip. hac lege in perpetuum valitura, vnde ſatis datur intelligi non licere amplius partibus, neque in iure,

neque

neque in facto aliquid allegare iuxta notata per Innocent. in c. paſto. de cauſa poſſeſ. & propr. & Bal. in auth. iubemus, C. de iud. hoc ipſum tamen intelligendo, vt per eund. Bal. in l. quamuis
6 indubitati, ſub nu. 3. C. de adulter. † & in ſumma per eam renunciatum probationibus cenſetur, vt per glo. in c. cũ dilectus, vbi Panor. de fi. inſtru. cum allegatis aliis p Maran. in conſ. 25. 1. col. ſed admiſſis beneficijs loquendi, cognoſcendi ve vlterius pateret, occaſio, vnde præmiſſa omnia ſubuerterẽtur, ergo, & quòd ſequitur.

Præterea, & ſecundo accedat, quod ad paria iudicantur concluſum eſſe in cauſa, & ſententiam latam circumferri, vt per Bart. in l. ſi mater, §. eandem, in fi. ff. de except. rei iud. cum alijs alibi allegatis, ſed poſt ſentẽtiam talis pe tendæ reſtitutionis nõ datur facultas, cum non pateat ad finitum iudiciũ regreſſus, ergò neq; poſt ꝯcluſum, ad qđ facit dictum Baldi in allegata l. quam-
7 uis, † quòd poſt concluſum non poteſt opponi exceptio, quæ poſt ſententiã opponi nõ poſſet. de qua re per eũdẽ in l. error, nu. 10. C. de iur. & fac. igno.

Tertio, & poſtremo accedat text. in

vul-

vulgato Ritu Curie, 296. ex cuius expreſſis verbis clariſſimum ad rem prędictam deducitur argumentum, dum ibi dicitur, item quòd in quibuſcunq; cauſis ciuilibus, quæ in præfata curia agitantur pro tempore, poſt concluſionem factam aliquam petitio reſtitutionis in integrum afferri non poſſit. Vnde in claris, cum laboremus, cõiecturas fabricare non eſt neceſſe.

8 †Quicquid tamen ſit ex prædictis cõpetere ea poſt concluſum variarum legum inductione comperies, ſi ad eam mecum vna decurres. & primo hoc ipſum ſuadetur ex ratione iuris ciuilis, et in ſpecie ex d. gl. in vulgata l. ſi iudex,
9 ff. de mino.† vbi ſi competenti reſtitutionis beneficio renuntians, lædi dicitur, & vti læſus reſtitutionem habet: ſed in caſu noſtro in eo verſamur, vt renuntiatum probationibus intelligatur, vt ſup. dictum eſt, ergo non obſtãte iam admiſſa concluſione, reſtitutionis competere beneficia, petique ea poſſe, explorati iuris eſt.

Secundo ad idem iuris Canonici accedat diſpoſitio, de qua in vulgato ca. auditis, de in integr. reſtit. dum ibi per expreſſa verba dicitur: licet autẽ vtrinque

que ſit in cauſa concluſum, quia tamẽ vtraq; pars neceſſariam, vt aſſerit, probationem omiſit, vtramque reſtituimus contra reliqua ad probandam rationem omiſſam, & quæ pro ratione ſequuntur, quòd etiam, & in ca. corã, eod. ti. dictatũ legere poteris, vt omittam ibidem notata per Panor. & cœteros, & Cardin. in Clemen. 1. quæſt. 14. in fine, de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis. tertio ad ius conſtitutionum decurrendo, & propriè ad allegatam conſtitut. obſcuritatem, ex ea pro iactata ſententia nõ modicum ſumitur argumentũ, dum peti poſt concluſum beneficia tantæ authoritatis gloſſator Andræas interpretatur, vt in loco ſup. citato, ergo, &c.

Idem denique expreſſe innuere deprẹhenditur Regia pragma. incip. curſu dilationum, iam vulgo in materia expoſita, dũ ibi in fine dicitur, in cauſis autem pupillorum, vltra terminos prẹdictos, vtputa probatorium, alterũ, qui in publicatione ad percunctandũ, ſiue ad accipiẽdum copiam, iuxta partium voluntatem præfigitur. Tertium, & quartum, qui in Repulſa, & Repulſa Repulſẹ conceduntur, ac deniq; illum

lum in conclusione præfigendum, ad ſcripturarum præſentationem habendam, ſi quas præſentandas litigatores habent, ſubijcitur in alle. tex. ſalua ſint bñficia de iure, &c. ergo eis exatis poterunt huiuſmodi beneficia peti, & ſic etiam concluſionis termino elapſo, literæ ordinem proſequendo.

10 † Quòd ipſum præterea dilucidius comprobabimus, ſi a tituli natura, cui memorata ſubiacet conſtitutio, argumentum repetemus, iuxta notata per Bart. in l. 1. C. de in integ. reſtitut. nam, & is de ordine iudiciorum inſcriptus legitur, vnde ꝓpriè iudicij ordinem, ad illum currẽtibus ſtudioſis effingit. Quaſi his verbis cõcludat Legislator, quòd, & ſi per memoratas dilationes totum iudicium tranſcurratur, & ordinatè compleatur, cum poſt concluſum, vt dictum eſt, nõ ſit cognoſcere, ſed cognitum eſſe, hoc tamen ipſum in præcitatorum cauſis nequaquã exaudiendum eſt, cum eis licet ad concluſionem deuentum fuerit factaue ea ſit, ſalua nihilominus intelligantur de iure, Regni cõſtitutionibus, atque capitulis conceſſa beneficia, vlterius poſt explicatas, & decurſas huiuſmodi

ordi-

ordinarias dilationes decernenda, vt ꝑ Affli. in vulgata conſti. obſcuritatem, & eundem in ſua deciſ. 114.

Qua concluſione ſic comprobata, q̄ in contrarium adducta ſunt, parum ſub ſiſtere intelliguntur, quòd & ſi ex iam dictis clarè liqueat, ne tamen hęſitare in aliquo ſtudioſo contingat, ita ſigillatim ea diluere poterit, & primo non obſtat, quòd de facta renuntiatione ꝑ iam emiſſam concluſionem dictū eſt: nam quæ iure communi competunt, dictę renuntiationi ſubiacere intelliguntur, non itē ea, quæ conſtat ex iam dictis, iure ſpeciali indulgeri, cuiuſmo di ſunt beneficia, vt per Andręam in d. conſti. col. 4. cumq; ēt de eis renuntiādis non fuerit cogitatum: l. cum aquiliana, ff. de tranſactio.

Inſuper, licet concludendo dicatur renuntiaſſe, vt in auth. iubemus, C. de iud. tamen ex hoc ipſo is deceptus eſſe videtur, vt in l. interdum, ff. de min. & in vulgata l. ſi iudex in glo. vnde reſtitutionem meretur, cum etiam ſi expręſſe renuntiaſſet, ad illā venirępt admittendus, ut per Andream in d. col. 4 per text. in alleg. l. ſi iudex, in verſi. ſi ergo reſtituitur, ergo, &c.

Mi-

Minus officit conſequenter, quod ex concluſionis, & ſententiæ, æquiparatione allegatũ eſt, tum quia dictum illud eſt Brocardicũ, & de eo multa habes per Bal. in d. l. error, & in l. quãuis, tum etiã quia in caſu hoc iure ſpeciali ſuperueniente, reuocata concluſio cẽſetur, & ad tempus retroceditur, quò perantea legitimè, & ſine difficultate peti, concediue poterant.

11 † Nec denique obſtat, quòd ex Ritu *296* allegatum eſt, nam dici poteſt primo ſecundũ Marã. in alleg. conſ. 25. nu. 2. ex eo textu potius in contrariũ fluere argumentum, aduertẽdo, quòd ibi in nigro figurata negatio deſideratur, q̃uis eadem deprehendatur in Rubro, quòd tamen ſecundum eum non officit, cum ex vulgata illa diſpoſitione, repugnantia exiſtente magis contextui credatur, quam Rubricę, vt qui poſterior eſt, ac magis deliberatè emiſſus, allegat But. in proem. decreta. colum. pen. tu vero de hoc habes ad ſaturitatẽ perſcribentes in l. 1. ff. ſi cert. peta.

Quicquid tamen ſit dicere, quòd in contextu illo nõ adſit negatio, eſt violare eius literam, prout lucidiſſimè ex eius lectione etiam non mediocri-

ter eruditus aduertere poteſt.

Vnde aliud dicendum ſugeritur, & ſic Ritum præfatum nequaquam in ꝓ-
12 poſito attendendũ, ex eo quòd † eius præcitata diſpoſitio iudicialem obſeruationem nunquam deguſtauit, iſtud ibidem optimè Ebolitano atteſtante, atque eodem in vulgato Ritu 71. nu. 6. quare a primo ad vltimum ſecundum communem practicam, facta in cauſa concluſione non obſtante, peti, decernique poſſe beneficia concluſio eſt.

13 † Illud tamen pro reſtrictione ad prædicta omittendum non eſt, quòd ſi cũ cauſę concluſione eiuſdem apud iudicem introductio cõcurrer, vtputa quòd poſt eam ad dicendum, & ſentẽtiam citatio fuerit ſubſequuta, ac pariter cõmiſſarius eam referre cęperit, tũc optimo iure, nec peti ea, nec pęnitus petita decerni debent, ex eo, quòd pęnitus neglecta cenſeantur, ac quòd ad dilatandum tales efferãtur petitiones, vt habetur per Affli. in allegata conſti. obſcuritatem, quæſt. 9. num. 13.

14 † Ad cuius confirmationem accedat, quòd alias in materia impertinentium notatum eſt, quòd ſcilicet, quãuis poſt publicatum in Sacro Conſilio

de impertinentibus diſceptari poſſit, de quo pleniſſimè per Affli. in ſua deciſi. 33. tamen ſi facta publicatione vlterius ad alium actum proceſſum fuerit, ad huiuſmodi diſceptationem denegatur regreſſus, cum hoc modo re nō integra præfatę exceptioni tacitè renunciatum intelligatur, vt per Affli. loco citato num. 7.

15 † Verum circa prædicta conſiderādum eſt primo, quòd & ſi poſt concluſum in cauſa, & ea iam introducta beneficia non competant, attamen per viam in integrū reſtitutionis benè peti, & concedi poterunt, nedum in caſu pdicto introductionis. Sed qđ magis eſt etiā ſi cauſa votata ſit, prout refert in Sacro Conſilio deciſum Tho. Min. in ſua deciſi. 15. quamuis etiam alia ratione eadem competere ex infra dicēdis facile in caſu iam dicto intelliges.

16 † Secundo vero loco animaduertendum eſt, ſupraproximè ſcripta reddi dubia ex prouiſione Sacri Conſilij incip. per ſacrum Regium, in tit. de offic. Sacri Regij Conſi. nu. 53. qua cautum eſt, vt poſt expediendarum cauſarum liſtam publicatam infra horas vigintiquatuor a dicta publicatione com-

putandas, liceat ſcripturas præſentare, & beneficia petere, alias in eorum petitione eis decurſis, amplius petendi facultatem habentes non audiantur, vnde conſiderandum eſt, quòd tunc cauſæ expediendę publicatur in liſta, cum proceſſibus ad dicendum citatis, de eis plenè conſiliarij informationē, ad eorum deciſionē habuerunt. & interdum euenire poteſt, vt cauſę, hmōi dilatione pēdente, ſint cępte in Sacro Conſilio referri, quare dicendum eſt eo etiā caſu beneficia peti poſſe, quicquid Affl. loco citato dixerit, ſed in hoc duorū alterum attendendū exiſtimo, & ſic vel quod talis prouiſio non fuerit in Sacro Conſilio publicata tēpore Afflicti, vel quod publicata quidem
17 fuerit, † ſed obtinuerit, nequaquam, cum per eam cauſarum merita detegi contingeret, vt per D. de Franchis in vulgata deciſio. 261. num. 10.
18 † Conſequenter his, quæ hucuſq; dicta ſunt, maximum inferri negotiū, depræhendere eſt, ex diſpoſitione nouellę pragmaticæ Illuſtriſ. & Excellen. Dñi Comitis Mirandę incipientis *alli giorni paſſati*, dum ibi inter cętera ibidem contenta capita, vnum legitur, in

quo præuia Regni ſupplicatione mã-
19 datur, † quòd cauſæ, in quibus loci inſpectio deſideratur, poſt eam habitam infra menſem, ex cauſis ibi deſcriptis terminari debeant, & quia per beneficiorum petitionem, & conceſſionem iſtud elidi poterat, nec bene ualebat taliter diſpoſitum ſeruari, cum plerumque maior temporis tractus, facta in eis in partibus, vel extra Regnum, nominatione, aut alia quauis ratione, cõſumatur: Subſequenter fuit conſtitu-
20 tum, † vt talis ſuper faciem loci faciendus acceſſus vnquam peti, & fieri poſſit, niſi eo tempore, quo beneficiorũ petitioni præcluſus eſt aditus. Qua in re maxima exoritur cõtrouerſia, quẽadmodum iſtud bene ſeruari valeat: nam, & ſi in præcedẽtibus dictum ſit, poſt concluſum in cauſa, eademq; introducta, ceſſare beneficiorum petitionem, attamen ſubinde, etiam cauſa, vt ita loquar appuntuata, & votata ea peti poſſe, & concedi, vel ſaltim per viam in integrum reſtitutionis notatum eſt, prout in dicta Minadois deci. 15. & in præcitata pragmat. 53. Quare 13
qua tempore ſupradictus acceſſus ſuperfaciem loci faciendus ſit, nõ video,

cum tunc dicatur cauſa deciſa, vbi ad
ocularem inſpectionem parum puta-
tur neceſſe decurrendum; vnde hoc
caſu potius ad dilatandum huiuſmodi
iactari petitionẽ, eſſet dijudicandum.
At quia nefas eſt contingere ſacrũ,
pro præmiſſorum reſolutione duorũ
alterum ducimus attendendum, pri-
mum quidem eſt, quòd vbi ſumus in
cauſa, vbi neceſſario ſuper faciem loci
facienda comprobatio expoſtulatur,
ac pariter, quibus de iure petẽtibus de-
cernenda eſſet beneficia perſonę adeſ-
ſent, vtputa quòd inter vniuerſitates
de finibus, & territorio cõtenderetur,
quòd tunc facta concluſione in cau-
ſa, eaq; ad dicendum citata, & introdu-
cta iuxta memoratam Afflic. traditionẽ
in d. conſtitu. obſcuritatem amplius, ſi
petantur, beneficia, decernenda non
ſint. Nam eo tempore congruenter lo-
ci facienda inſpectio proponeretur,
cum in acceſſu prædicto apertiſſimè
in facto allegetur, ac ſuper eo inſtrua-
tur Dominus cõmiſſarius, per eius, vt
21 dicitur facti euidentiam, † quæ nulla
maior exiſtit probatio, atque omnem
aliam probationem creditur ſuperare,
vt per Bald. in l. contra negantem, in

fine, C. ad leg. Aquil. & in l. ideo nobis, C. de epiſcop. & cleric. Alciat. in tracta. de præſumpt. in 3. Reg. præſumpt. 10. num. 2. Petrum a Duenas de regu. iuris regu. 189 limitat. 5. Ruinum in cõſil. 140. nu. 10. vol. 4. & Anton. Gabriel. libro communium concluſio. 2. in tit. de ſenten. concluſio. 5. nu. 9. quare in facto, & in iure, vt decet, inſtructus, cõmodè poſſet ad diffinitiuæ pronunciationem conuolare, ſuper quo poteris cogitare, quòd & verum eſt, vt patet ex allegata pragmat.

Alterum vero eſt, quòd in caſu prędicto animaduertens Dominus cauſæ commiſſarius, inter priuilegiatas perſonas negotium agitari, † ad id parte
22 altera inſtante poterit alteri collitigãti iniungere, & mãdare, vt competentia ſibi beneficia quatenus eis opus habet, ad plus vſque ad citationem ad dicendum incluſiuè petat. Aut etiam quòd per ſpacium dierũ trium, aut quatuor eorum petitionem efferat, cum comminatione, quòd termino prædicto elapſo, in eorũ petitione amplius non audietur, quòd iuris eſſe videre eſt apud Capicium in ſua deciſio. 110. ex deciſio. Imolæ poſt Petrum in clemẽ.

vnica col.fin.de in integ. reſtitutio.

Dixi autem cum comminatione, quòd amplius non audictur:nam parũ valeret dicere, vt communiter dici ſo-
23 let, alias prouidebitur, vt iuris: † nam tale pceptum nõ diceretur peremptorij vim obtinere, vt præcedens memorarum, de quo habes per Bar.in l. ſi apparitor, C. de cohortal.lib.12. & Bald. in l. ad peremptoriũ.verſ.ſecũdo quęro,ff.de iudiciis, & latiſſimè per Marãtam in tract.de multipl.alien.nu.341.

Præterea dixi parte inſtãte, quia termini non currunt iure ipſo, vt alias ex pragm. Curſu dilationum, vulgata obtinebat, ſed bene ad partis inſtantiam iuxta vulgaria.

24 † Sed ego dico tibi vnum, quòd etiã ex officio iudex poſſet ea decernere iuxta tradita per Bart.in l.1. C.de dilat, quem ſequitur Petr.de Rau.in ſuo ſingu.131.& hoc ne cauſarum curſus retardetur.

Ad rem tamẽ redeundo, ad eius, qđ dictum eſt, cõprobationem accedat,
25 † quod in ſimili notatum eſt in terminis legis diffamari, C.de ingen.& manu.quod ſcilicet cum quis ſuper alterius re ſe ius aliquod habere iactat, hoc

hoc ad Domini aures peruueniente, poterit is, ne in ſuſpenſo ſtet, vel litigiũ aliquod ſuis fortaſſe incautis hæredibus dirimendum relinquat, de præfatis iuribus ſe iactantem in iudicium prouocare, eius rei gratia iudicium adeundo, qui pro ſua iuriſdictione,
26 †ſibi comprobata prius expoſita iactãtia, iactanti prædicto ad proponendũ ſua iura terminum præfigere poterit; alias termino in ſecunda comminatione dato, elapſo, ſuper ea re perpetuum ſilentium imponere valebit, iuxta allegata per Vrſill. in addit. ad deciſ. Affl. 274. in prin. vbi per eundem Affl. Alia congeſta per Miſin. in ſua obſer. camera. 78. cent. 3. & in Rota Bonon. in con
27 clu. 66. † vbi an iſte veniens ad proponendum iura coram eodẽ iudice auocante litigare compellatur; pulcherrimè habes pertractatum, addendo prędictis alia allegata per Petr. de Rauen. in ſuo ſingu. 393. & Maran. in tract. de multi. aliena. nu. 346. & Couar. lib. var. reſol. 1. c. 18. num. 6. & ſeq. & Dom. de Franc. in deciſ. 385.
28 †Nec te conturbet in propoſito, vt iſtud obiter referatur, quod in d. l. diffamari, allegatus contextus in crimi-

nalibus occupatus legatur, & proinde nequaquam ad ciuilia protrahendus, nam cum eius diſpoſitio litium terminationem, & rerum publicarum quietem affectare deprehendatur, in ciuilibus pariter admiſſa eſt, iuxta Inno. doctrinam in c. conquerentem, in glo. 2. de off. ord. & habetur late per Boer. in ſua deciſ. 255. nu. 7. ergo ad rem deueniendo multo magis iam dictus terminus præfigi poterit in caſu noſtro, vbi verè conſtat Domino Commiſſario prædictis competere dilationes.

Idem deniq; de legis vnicæ, C. quando imperat. beneficio adnotatum eſt, vt ſcilicet, ne cauſæ retardentur, & ne calumniam foueret, quod alias miſera-
29 tione fuerat introductum, † poſſit iudex forum uarianti terminum ſtatuere, infra quem ſe vna cum actis coram iudice electo præſentare habeat, cum comminatione, quòd dicto termino elapſo procedetur ad vlteriora in cauſa prout notatur in dicta conſtitutio. ſtatuimus, & multo clarius per Glo. in conſtitutio. ſi quem noſtrorum fide-
30 lium, † quamuis hoc ipſum hodie parũ in iudicijs obtineat, ita, vt potius ſeruetur contrarium rationibus, de qui-

bus

bus per Domi. de Fran. in ſua deciſio.
31 *296*, attento præſertim, † quòd facta va riatione prædicta, iurata, vt docet perhorreſcentia, iudex variatus omnino incompetens effectus ſit, etiam quoad memorati termini cõſtitutionem.
32 † vnde quò huiuſmodi variantiũ præcidatur calumnia, comminatio prædicta de procedendo curam variato, ab electo iudice petenda eſt. & ſic quòd mandetur iudici variato, quòd niſi varians cum effectu infra ſpatium dierũ quatuor, aut ſex actorum copiam trãſmittendam curauerit, in cauſa prædicta, variatione non obſtante, procedi per eum poſſit, atq; ita practicatur.

Verùm hęc ipſa in propoſito vtiliter non militare ex eo intelligere poſſumus, quòd in præcedentibus explicatum eſt, & ſic quòd & ſi cauſa introducta beneficia non competant, tamẽ bene illa per viam reſtitutionis in integrum peti poterunt, cum eo ipſo ꝙ non petierint læſi dicatur per vulgatũ tex. in l. minoribus. la ij. C. de in integ. reſtitutio. mino. Quare adhuc facto acceſſu, talis cauſæ deciſio ꝓtelari poſſet.

At bene conſiderando quòd ſupra proximè expoſitum eſt, optimè in ꝓpoſi-

poſito deſeruire dignoſcetur, ſi in cõminatione a Domino cõmiſſario faciẽda ſuper eorũ petitione addatur, quòd alias dicto termino elapſo in eis petẽdis nec etiam per viam in integrum reſtitutionis audientur, duas in hoc cõminationes, vltimam per expreſſa verba peremptoriè faciendo, cũ alias prima iuxta prædicta, etiam peremptoria intelligatur, vt ab eis tanquam pœnitus neglectis omnimodo excludẽtur, & hoc pacto ſine difficultate aliqua res ipſa tranſibit.

33 †Deniq; quoad præfatã memorati Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Proregis Nouellam diſpoſitionem attinet eam in maioribus ciuitatis Neapolis tribunalibus locum habere intelligendum eſt, vtputa ſunt Sacrum Regium Conſilium, Regia Camera ſummariæ, & Magna Curia, nã in cœteris aliis talis non conſideratur neceſſitas, quemadmodum ex lectura allegatæ Nouellę elici poteſt, quamuis vlterius de aliis memoretur.

34 †Madritia vero lege oĩa ſupradicta terminata ſunt, nam ea non niſi per quindecim dierum ſpacium a die publicationis computandum reſtitutio

peti

peti poteſt, vltra vero nequaquam, vt
refert Couarruuias in lib. practic. quæ-
ſtio. in vulgato cap. 14 nu. 3.
Succeſſiuè, vt curioſa quædam pro-
ſequamur, non immerito interdū in
35 materia dubitatum eſt. † Num Tertio
venienti ad infringendum iura com-
petitoris poſt iam latam ſententiam
annullatam ex eo fortaſſe, quòd male
concepta fuerit, beneficia cōcedi de-
beant? Et primo quòd in terminis, in
quibus cauſa reperitur ea concedenda
veniant, conſiderari poteſt, quòd prę-
fata excitata dubitatio iure aliquo præ
ciſa non legitur, quare ex iure cōmu-
ni petendis regulis, & argumentis oc-
currit decidenda arg. l. 2. ff. de noxali.
cum ſimilibus, ſed in iure illud vulga-
36 tum circumfertur, † quòd paria ſunt
aliquid prorſus non fieri, aut minus
ritè, ex vulgata diſpoſitione l. non pu-
tauit §. non quęuis, ff. de bono. poſſeſ-
ſio. contratabulas, ergo & ita in propo
ſito paria cenſenda ſunt pænitus diffi-
nitiuam ſententiam prolatam nō eſſe
aut prolatam quidem, ſed taliter, vt re
uocari debeat, & cum effectu in poſito
caſu reuocata ſit. At his addatur, quòd
alias latè traditum eſt, quòd non pro-

lata videlicet diffinitiua ſemper beneficiorum petitioni patet aditus, iuxta ſupradicta tamen intelligēdo, ne quis iure nobis ſuccenſeat, ergo etiam ea prolata, & annullata decernenda ſunt, cum ad eum caſum res ipſa deducta p-ſpiciatur, a quo cōmode ex antedictis procedere poſſe intelligitur, ergo &c.

Præterea, & poſtremo aliis omiſſis, non dicitur finitum iudicium, dum aliquid ſupereſt agēdum, arg. l. pen. C. ad Sillanianum, & in ſpecie poſt concluſum iudicium pendere dicitur vt per Afflictum in deciſio. 352. & Francum in deciſio. 286. num. 8. ſed in effectu caſu negotium ad tempus poſt cōcluſum redactum intelligitur. ergo peti, concedique poſſe beneficia dubitādum non eſt.

Contrariam tamē negatiuam ſequutos in Collate. Conſi. Illuſtr. Dominos Reg. Cancella. Regentes legere eſt apud Domi. de Fran. ad præſens Sacri Regij Conſil. j præſidētem digniſſimum in ſua vulgata deciſio. 261. & ſic quòd imò hoc caſu ad cauſæ expeditionem procedēdum ſit beneficiorum petitione pœnitus neglecta, ſaluis tamen iuribus dicto Tertio, ſi quæ

habet

habet in alia inſtantia protendendis.

Cur autem ad præfatam deciſionẽ conſenſerint, ea perſpicitur eſſe ratio, quòd iam deciſę cauſę amplius in prę iudicium per prius litigantium protelari non debent iuxta plenè conſiderata, in tertia conſideratione, cuius contrarium in caſu ſuppoſito bene accideret, cum per alios terminos ſtatuẽdos res ipſa in infinitum deduci poſſet quod ferendum non eſt, prętertim cum ex integro audiri talis Tertius va
39 leat, † vt qui nõ cogitur in eo ſtatu cauſam ingredi, in quo reperitur, nec propterea quòd velit per beneficiorum petitionem audiendus eſt, ne per prius litigantibus, vt dictum eſt, inferatur iniuria.

Qua ſententia rationabiliter admodum procedente, non obſtant pro affirmatiua ſupra conſiderata, & primò non officit, dum dicitur, quòd paria ſunt aliquid prorſus non fieri, aut mi-
40 nus ritè: † nam non per hoc ſequitur ad actũ reſtitutio, qui ante eius, quòd nulliter gẽſtum eſt, explicationem fieri poterat; præſertim aliquo pugante cõtrario, vt hic, vbi duo obſtare deprehenduntur. & quidem primum eſt,

quòd huic Tertio ſatis prouiſum intelligitur iuxta ſupra dicta, cum ſecum quicquam actum non ſit, aut exceptũ, ſed in alio iudicio valeat ſua iura proſequi, quare læſione aliqua nequaquã affici dicitur, vnde neganda beneficia demoſtratum habes, vt quæ ob læſionem in probationibus decernuntur, ergo, &c.

At diceres, quòd nec ratione prædicta, ea poſt publicatum concedenda eſſent, cum eadem ratio in conſideratione ſupponatur, idcirco addo ſecundũ, quòd cauſa iam ſopita amplius produci in lõgum non debet in partium, vt dictum eſt per prius litigantiũ iniuriã; quare alio non expectato, vtiliter pronũciãdum eſſe decernere eſt, cum alia firma remanſerint in cauſa acta fabricata & ſic non ad aliud pendere iudicium intelligẽdum eſt, niſi, vt denuo, quę deſideratur, feratur diffinitiua.

41 † Poſt publicatum vero non mirum ſi ea deperdũtur, quia cum petens tunc commodè ſuis iuribus conſulere poſſit, nec pariter per prius litigãtibus aliqua conſiderabilis inferatur iniuria, congruere beneficiorum vſus exiſtimatur, in caſu vero noſtro, quæ apertiſ-

ſimè

ſimè cauſarum curſus retardari intelligeretur, cum nec ingredi intendenti Tertio conſultum ſit, ac per prius litigantibus non modica ex cauſę retardatione inferatur iniuria merito: is ab huiuſmodi iam finito litigio repellitur in alio iudicio commodiſſimè ſua iura proſequuturus. Quibus accedat,
42 †quòd poſt publicatum veniens, & ex integro audiri petens admittitur quidem, citra tamen factę publicationis, cōcluſionis, & cauſæ expeditionis prę iudicium vti ex Couarruu. in allegata Tertia conſideratione plenius deductum eſt. & hęc omnia ne damno aliquo per prius litigantes afficiaatur, & hęc ſubieciſſe in caſu ꝑpoſito ſatis eſſe exiſtimaui, aliis ex memorata Domi. de Fran. deci. petendis omiſſis.
43 †Quæ cōcluſio ſic firmata cōtra Tertium ampliatur, vt procedat etiā cōtra principaliter litigantē poſt annullatā ſententiam beneficia petentem, nam quamuis pro eo conſiderari poſſit, ꝙ res ſit ad tempus concluſionis deducta, quo caſu conſtat paſſim concedi beneficia, tamen in contrarium conſiſtere cauſæ introductionem adnotatum eſt,
44 † quam nequaquam poſtea factam

ctam ad dicendum citationem pere- miſtæ voluit Affli.in deciſ. 283. quem refert, & ſequuitur D.de Fran.in citata deciſio.261.num. 10. & 11. quo caſu ex iam dictis prçcluſam beneficijs viam intellexiſti, ergo, &c.

45 Verum ſupra proximè habitę quæſtioni,alia in fortioribus,terminis ſubnectenda eſt, quam huiuſq; excitatam non vidimus, quid iuris ſcilicet dicendum ſit, ſi non Tertius ſit, qui in caſu præmiſſo beneficia petit, ſed vnius ex litigatoribus perſonā referens, vt hæres quoad defunctum,cum quo perantea fuerat habitum iudicium, & ſentē-
46 tia dicatur annullata ex eo, † quòd cō tra eum, iam mortuum prolata fuerit ex diſpoſitione tex. in l. in ſumma §. fina. ff.de re iudicata,& in l.pen.ff.quæ ſen. ſine appellat.reſcindunt. num inquam is ritè, & recte ea petere dicatur?

Et in hac quæſtione ex deductis in præcedenti pro affirmatiua reſpondēdum ſuaderi primo poteſt, ibi etenim ideo tertium in prçmiſſis non audiendum deductum fuit,quia vtriq; partiū minimè conſultum intelligebatur, ꝙ proſequere,vt ibidem dictum eſt. Sed ea omnia in caſu noſtro minimè locū

habere

habere intelliguntur, ergo concedenda ea eſſe, dubitare non oportet, ſtante,
47 † quòd in ſtantia vſque ad trienniũ in hæredem continuari dicitur, vt in l. hæres abſens, in l. ſi petitor, & in l. ſi is, qui Romę, ff. de iudic. & in l. ſi eum hominem, vbi Bart. ff. de fideiuſſo. intelligendo, vt per Miſingerium in obſerua. Camerali 45. cent. 3.

Præſertim, & ſecundo cum ſentētię memoratę, platio principali iam mortuo habita fuerit; qui alias ſi ſuperuixiſſet vti priuilegiatus ſibi competētia beneficia petiiſſet: quare non ſine læſionis vitio, ea ante præfatam ſentētiam non petita intelligenda ſunt, ergo ratione prædicta ſublata, læſione ipſa adhuc ſubſiſtente beneficia huiuſmodi ex minoris, aut alterius priuilegiati perſona venienti hæredi neganda non ſunt tali ex parte priuilegiati defuncti conſiderato impedimento, in propoſito, non contendendo.

48 † Pręterea, & poſtremo ſi defectus omnes in prima inſtântia emiſſi, poſſunt in ſecunda ſuppleri iuxta notata per Capic. in vulgata deciſ. 35. & in ſpecie adnotatum eſt in præcedentibus, non petita beneficia in prima inſtantia, in

T ſecun-

ſecunda peti poſſe, ergo multo magis æque bene in prima, peti poterũt modo ſuprascripto ſententia ipſa annulla ta, cum ſimus in tempore quo peti ea
49 poſſe, & concedi non dubitatur; †cũq; etiam per plura fieri nõ debeat, quod p pauciora fieri poteſt, & æque bene, vt per Philoſophum 3. de partibus ani mal. c.4. atque, vt dictum eſt, æque bene fieret, ergo, &c.

Contrariam autem ſententiam, & Negatiuam multa alia fouere noſcuntur, & ſic quod in caſu prædicto penitus beneficiorũ petitio reiicienda ſit: & primo pro ea accedat, quod alias in materia repulſæ conſideratum eſt, q, ſ.
50 †cõcluſione per Beneficij petitionẽ reſciſſa repulſa peti non poteſt iuxta cõſideratam diſtinctionem per Capic. in ſua decis. 147. prope finem: nam dicta concluſio quantum ad petendam repulſam reſciſſa dici nõ poteſt, quod optime comprobatur ex notatis per Bar. in l. ab Hoſtibus §. ſed qđ ſimpliciter, ff. ex quibus cauſ. maiores, dum dicit: Nono reſtitut. debet concedi, ita quod non præiudicetur alicui actui, aduerſus quem nõ concedenda eſſet reſtitutio, vt in l. 3. §. ſed vtrum, ff. de

mi-

mino. ergo, & non impari ratione in caſu noſtro ſententia nullitatis allegatę intuitu reſciſſa cęteris actis firmis remanentibus, quod nequaquam reſciſſa intelligi debeat quoad beneficiorum petitionem, iam ſublatam, exaudiendum eſt.

Secundo accedat ſatis vrgens conſideratio, nam bene conſtat ex ſupradictis ſententia annullata non obſtante alia facta ad dicendum citatione, cauſæ introductionem durare, ſed cauſa introducta ex viridi obſeruatione denegatur beneficia. ergo, & quod ſequit.

51 † Tertio accedat, quod cauſarum curſus retardari non debet iuxta Rubricam in Regni conſtitut. de cauſis cito terminandis, vt per talem beneficiorũ petitionem quam maximè dilatari ex ſupradictis depræhenderentur, cũ nihil aliud eis ſemotis ſuperſit agendum, quam iterum diffinitiuè pronunciare. ergo &c.

Quarto, & poſtremò pro hac ſentētia conſideranda eſt ſuperius memorata Sacri Regij Conſilij Deciſio, decernens, quod in cauſa Tertij comparentis, & reſciſſa ſententia beneficia petentis, ea concedenda non ſint, at po-

tius ſine alio ad cauſæ expeditionem procedendum eſſe, ne cauſæ merita pandantur. ergo idem dicendum in hoc noſtro caſu, eadem ratione ſubſiſtente.

52 † Quid dicendum? Ego quidem in hoc nouiter propoſita quæſtione eius ſum ſententiæ, vt pro præmiſſa affirmatiua reſpondendum, ac concludendum putem per ſupradicta, ac alijs ad reſponſionem allegatorum pro negatiua attentis ſubicijendis. Vnde ea ſuppoſita, pro negatiua ſuperius inducta minimè obſtare depræhenduntur. & primo parum officit, quod de repulſa dictum eſt, quia ea in odioſis verſatur, quæ ſui natura reſtringenda ſunt, iuribus vulgaribus. Vnde odio ceſſante,
53 † conſtat, iuxta allegatam diſtinctionē, repulſam admitti, et ſic vbi eſſemus in caſu, in quo pars altera in termino cōceſſi beneficij optimè ſuas extruxiſſet probationes, illas in probatorio per prius factas confirmantes, quæ parti nunc repulſam petenti præiudicium afferrent, cum alias ante in beneficio cumulatas, quæ in probatorio extructæ erant, ei officere non potuiſſent, quemadmodum in allegato loco iudicaſſe

caſſe Cōſilium memorat Capicius, & propriè in cauſa Ioā. Batt. Cicinelli cū vniuerſitate Macchię. At in noſtro
54 themate, † cum beneficiorum materia in augendis probationibus poſita ſit, & fauorabilis credatur ratione publicę vtilitatis, quam reſpicit, vnde extenſionem meretur, argu. l. 2. §. exercitum, vbi Bar. de his qui notantur infa. ab ea ad iſtam non eſt legitimum argumētum diuerſa ratione ſuppoſita.

Nec conſequenter quòd ſecundo loco conſideratum eſt, attendendū exiſtimatur, nam cum inter ipſoſmet litigantes principaliter vertatur controuerſia, ex tam notabili cauſa ſublata ſententia, non eſt dicendum cauſæ adhuc ſubſiſtere introductionem, cū veriſimiliter illa petita fuiſſent, ſi vlterius, qui iam deſijt eſſe, in humanis ſuperfuiſſet, ſed cogita.

Nec pariter tertiū de cauſarum curſu non retardando officit, nam immo in caſu prædicto, ſi ea non cōcederentur, quàm maximè retardari cōſpicerentur, ex eo, quod in alio iudicio, & fortaſſe cum maiori iactura ab eodem modo priuilegiato petį poſſent: cumque etiam ſi ab eis ſucceſſor iſte exclu-

deretur, ne pariter illa in cauſa appellationis obtinere eum contingere poſſet, vtputa quia priuilegiatus non eſſet: nam cum in termino ad non poſita ponenda ſibi dato vitiū iam in probationibus purgari intelligatur, non putatur vlterius de præfatis reſtitutionibus contendendum, cum clare conſtet, eas ſibi amplius non competere. Ne igitur hoc ſequat abſurdum, omnimodo in tali caſu ad eam decernendam excitatum iudicantis animū exoptamus, † cumq; ex alio pro cauſarum curſu non retardando probationes ipſæ reſtringendæ non ſint ſed tantummodo iuris apices tollendi, iuxta capitulum, deteſtantes, & pragmaticam diſpendia litium, ergo, &c.

Denique nec quartū de tertio comparente obſtare dicas, cum diuerſa penitus ratio inter vtrunq; caſum conſideretur, vt videre licet in primo argumento pro affirmatiua ponderato, & receptui canendo a primo ad vltimum ſtabit firma cōcluſio, ſententia tantum reſciſſa, vti aduerſus iam mortuum minorem prolata, aut aliā quāuis perſonam priuilegiatam eius ad iudicium venienti hęredi ex defuncti per-

ſona

ſona petita beneficia decernenda eſſe: quòd ſi caſus euenerit, poteris tu ingenioſe, vt ſoles, in prædictis cogitare; nā mihi ſat eſſe exiſtimaui ad hęc currenti tibi moſtraſſe locum.

56 † Conſequenter in re propoſita illud controuerti poſſet, non contendendum, num ſcilicet prima inſtantia finita iuxta diſpoſitionē text. in l. properandum, C de iud. atque eadem per ſpiritus vitæ inſufflationem reſtaurata beneficia alias non petita, in ea peti, & concedi valeant? Verum antequā ad eius reſolutionem accedamus propoſitę quæſtionis termini, vti mēdosè propoſiti, expungendi ſunt. Quare conſiderandum eſt, quòd & ſi ex pragmatica inſtātia cauſæ ſub titulo de inſtantia cauſ. non reſtituenda, elapſo in ciuilibus triennio vitæ ſpiritus inſufflatio ordinata ſit,

57 † ea tamen nequaquam exigi creditur, cum apud priuilegiatas perſonas inſtantia ipſa perempta eſt. Nam qui priuilegiati ſunt ex allegatę met pragmaticę diſpoſitione ad proceſſum nulla præuia expenſarū reſtōne admittuntur, & conſequenter abſque aliqua ſpiritus vitæ inſufflatione: quare num ea ſimpliciter reſti-

tuta,quoad priuilegiatos ea concedeñ da ſint,queri poteſt.
58 † Et pro reſolutione illud affirmari poteſt, quòd reſtitutiones prædictę vſque ad quadriennium peti poſſunt; ac pariter concedi,ut in l.fin.C de tem po in integ. reſtit. & in ſpecie eſt text. in clem.j.de in integ.reſt.at modo prę dicto triennium decurſum dicitur, ergo ſaltim per alium annum ea,inſtau-
59 rata inſtantia,concedenda ſunt:† intel ligendo tamen prefactum quadriennium a die lapſus termini probatorij, vt p gloſ. in allega.clemen. & alios citatos per Capici.in vulga.deciſio.109. & glo.& Panormita.in cap.coram.nu. 7. & in cap.tum ex litteris,ſub nu. 12. de in integr.reſtitutio.
Cuius concluſionis ratio ex ea iuris diſpoſitione peti poteſt, qua dicitur,
60 † non valenti agere,non currere prę ſcriptionem,l.1.in fine,C.de anna. exceptio. & declarat magiſtraliter Bart. in l.Senatuſconſulto ff de officio prę ſidis, & faciunt plenè notata per Panormita. in d.cap. tum ex litteris, nu. 13.ſed ſic eſt, quòd non niſi termino probatorio elapſo,& facta publicatione poſſunt beneficia peti, ergo ex eo
tē-

tēpore, quo peti poſſunt, quadrienna lis iſta præſcriptio, ad ea petenda computanda eſt.

Sed ad quid ꝓdeſt in propoſita qōne per emēdicata ſuffragia procedere. cū ea expreſſa allegatę pragmaticæ diſpo ſitione terminata ſit, dum ibi in fine dicitur, prædicta tamen non habeant locum in perſonis, quibus per beneficium reſtitutionis in integr. a iure, & Regni conſtitutionibus ſubuenitur, in quibus reſtitutionem petentibus, beneficia eis ſalua remaneant, & ſic poſt habitam reſtitutionem aduerſus decurſam inſtantiam, protendenda, ergo, &c.

61 † At quia competere beneficia concluſum eſt, num ſimpliciter hoc ipſum intelligendum ſit, quęri poteſt: an verò quòd quadriennio tempus deeſt, ſupereſſe eorum petitioni dicendū, iuxta ſupradicta. Et in hoc breuiter concludere poteris, quòd cum ſimpliciter illis poſt habitam reſtitutionem, ſalua beneficia propoſita fuerint, per totam inſtantiam eadem indiſtinctè peti poſſe concludendum ſuadetur, eo maximè, quia materia fauorabilis eſt.

Niſi

Niſi ſubijcere velis, quòd hoc ſatis terminatum, & diſtinctum eſt, cũ certe in eo legantur iuris diſpoſitiones, et inter cęteras, quòd per quadriennium reſtitutionem petere liceat iuxta ſupra allegata. ergo per pragmaticã prefatam indefinitiuè prolatum, ſecundum dictam diſpoſitionem videtur exaudiendum, ne reſtitutionum petendarum multiplicentur tempora, verum hoc ipſum, an attentari poſſit, cogita.

62 † Ac denique illud queri poteſt, quid iuris dicendum ſit, ſi non per in integrum reſtitutionem per priuilegiatum in aliam inſtantiam cauſa ipſa fuerit tranſlata, vt in præcedenti q̃ſtione.

Sed ea de nouo, refectis, in veteri litigio, expẽſis erogatis per libelli oblationẽ cępta ſit iuxta diſpõnẽ tex. in d. l. properandum, § fin. in gl. in verbo, vigorem; vbi communiter per Doctores. Num in quã beneficia competãt,
63 & conſequenter, † num memorata opinione ſuppoſitã quoad quadriennium computandum tempus decurſę inſtantiæ, conſiderandum ſit? In quibus ordinatè, & concluſiuè procedendo,

dendo, & primo quoad primam que-
64 ſtionem, conſiderando,† q in huiuſ-
modi nouo inſtituto litigio ex glo. tra
ditione competunt agenti, & ſe de-
fendenti omnes exceptiones, quæ in
veteri litigio ſibi competebant, vt per
allegatã gloſam in dicto verbo vigorẽ,
ergo cõpetere pariter beneficia cõclu-
dere poteris, cum illud vetus pro non
agitato habeatur, ac demum ſine du-
bio hoc ipſum procedere intelligitur,
ita vt ſuper eo amplius diſcutiendum
non ſit.

Quoad ſecundum dicere poteris
iam decurſæ inſtantiæ in primo liti-
gio, tempus non attendendum, cum,
vt dictum eſt, illud pro non agitato
habeatur, cumq; noua dicatur in hoc
65 nouo litigio inſtantia conſtituta,† &
nouũ petendę reſtitutionis quadrien
nium, ab eius elapſo termino, compu-
tandum iuxta prædicta, verum in his
parum puto inſiſtendum, cum non
bene conueniam, ad dictorum tamen
intellectum poteris videre notata per
Maran. in 5. parte Speculi in clauſula,
& omnia fiant durante inſtantia anu.
46. per plures ſequentes, & M. ſinger.
in ſua obſeruatio. camerali quinqua-
geſima

geſima centuria tertia.

66 † Supereſt modo, vt vltimam partẽ propoſitorum proſequamur, quę eſt de ex miſericordia indultis beneficis, per calumniam non petendis, ſuper quo quàm maximè prouiſum per boni Regiminis Principes lector aduertet. & quidem primo loco illud attingendum exiſtimauimus, ſuppoſito
67 prius, † quòd procuratores calumniarum omnium ſalua pace, ſi qui ſunt, bonorũ authores ſunt, num ipſi abſq; mandato ſpeciali ad ea petenda admittendi ſint? Et in quæſtione, vt per cõtraria decurramus, primo pro affirmatiua, quòd ſcilicet ſpeciale mandatum pro eis petendis habere debeant, pondero text. optimum in capi. coram, de in integrum reſtitutio. vbi per procuratores ad pinguius probandum petebatur reſtitutio: & quo illam obtinerent, ſpeciale mandatum exhibuerũt, ergo exigi in caſu ſuppoſito dictum ſpeciale mandatũ dubitare non oportet, quòd in preallegato cap. corã, Abb. notauit, num. 4. idem in cap. ſuſcitata, num. 5. eod. tit. Domi. de Franc. in ſua deciſio. 17. nu. 21. & Couarr. variarum reſol. li. 1. c. 6. vbi latè articulũ diſcutit.

Secun-

Secundo ad eam adiuuandam accedat text. iuris ciuilis in l. illud. in fi. ff. de minor. dum ibi per huiuſmodi expreſſa verba dicit, ſi talis interueniat iuuenis, cui præſtanda ſit Reſtitutio; ipſo poſtulāte præſtari debet, aut procuratore eius, cui id ipſum nominatim mandatum ſit: quòd ſi generale ſuper omnibus negocijs mandatum alleget, audiri non debet: vnde ſpeciale requiri quoad ꝓcuratores attinet, indubium eſt.

68 †Tertio, & poſtremo, cæteris omiſſis iuris Regni accedat contextus in conſt. iam vulgata, beneficium. Dum ibi expreſſim dicitur, quòd in petenda reſtitutione per Fiſci procuratorē, vel a Principe conſtitutum, vel a Magiſtro iuſtitiario, ſpeciale aliquod mādatum exigi non debet, quemadmodum alias in minorum, & mulierum procuratoribus, & defenſoribus, dum illam ſe imploraturos credunt exigi illud cautum eſt. Quare cum in notorijs verſari deprehendamur, ſtabit firma concluſio, in petendis beneficijs procuratoribus ſpeciale mandatū fore neceſſarium, hoc tum canonum, tū ciuili, tum ēt Regni iure inſpecto.

Quæ

Quæ limitatur primo, ut non pro cedat in Fiſci procuratore, vt dictum eſt, ex conſtitutione prefata.

69 Secūdò, & vltimo reſtringi debet, vt nec locum habere intelligenda ſit in aliis gerentibus publicum officiū, vt ſunt Syndici Ciuitatū, Terrarum, & Caſtrorum, Tutores, Curatores, & alij, ſi qui ſunt huiuſmodi, qui ſine mandato ſpeciali reſtitutionem petere poſſunt, prout facit tex. in l. munerum, §, ſi defenſores, ff de mun. & honor. & hoc deſeruit tibi ad allegatæ conſtitutionis ampliationem.

Contrariam tamen ſententiam, & Negatiuam, quòd tale ſpeciale mandatum iure non exigatur, hęc potiſſimum adiuuare videntur. & primo accedat, †quòd procurator per litis con

70 teſtationem cum eo factam dominus litis creditur effectus, vt in l. nullo, & in l. procuratoribus, C. de procu. ergo ad ſui libitum in ea actitando, procedere poteſt, quęcunque iura principali ſuo competentia deducendo, arg. l. in re mandata, C. mandati.

Secundo pro ea conſiderari poteſt,

71 †quòd qui in cauſa mandatum habet, ad ea omnia ſimiliter, ſine quibus cau ſa

ſa ipſa definiri non poteſt, illud habe-
re intelligitur, vt in l. ad rem mobilẽ,
& in l. ad legatũ, ff. de procur. At quia
in priuilegiatorum cauſis, cuiuſmodi
ſunt minores, mulieres, & cęteri, ra-
tione præſumptæ læſionis, beneficia
exiguntur, ergo ad ea etiam mandatũ
habere intelligẽdi ſunt, legibus in cõ-
trarium allegatis in ſuo caſu intelligẽ
dis, non obſtantibus.

72 † Tertio accedat, quod in cauſis ciui-
libus in quibus principalis in aliquã
pœnam non incidit, procurator ad-
mitti poteſt, cum alias non ſufficc-
ret mandatum quantumcunque am-
plum, & generale, ut in l. 1. §. ſi procu-
rator, ff. ſi quis ius dicenti non obtem
pera. & in l. 3. §. ſi procurator, ff. quod
quiſq; iu. & in l. ſi procurator, ff. de cõ
di. inde, a contrario ſenſu, & per Curt.
73 Iun. in conſi. 29. nu. 15 † Sed ſic eſt, qđ
vbi ex generali mandato procurator
petit beneficia, ſi temerè petat, in nul
lam pœnam eius principalis creditur
incidere, vt infra dicetur clarius, er-
gò per ſupradicta benè admittitur.

Quarto, & poſtremo accedat, quòd
hoc ipſum clarè deciditur in pragma-
tica Regni edita p Granuel. Proregem,
inci.

inci. Quotidie apud, Nos ſub ti. de procu. dum ibi in propoſito de beneficiorum petitione dicitur, tunc pœna p̃dicta ſoluatur a procuratore, niſi habuerit ſpeciale mandatum, vt ſupra ab eius principali; vnde cum ex generali mãdato habito in cauſa, reſtitutiones præfatas affectare poſſe cõſequens eſt, quod & clariſſimè dicitur in l. vnica, C. etiam per procur. neglecta tamẽ ibi poſita Saly. lectura, cum ibi de ſpeciali mandato lex prædicta non memoret.

74 †Quid dicendum? ab hac poſtrema, & Negatiua ſententia, diſcedendũ nõ eſt, vti expreſſa iurium diſpoſitione p̃ciſa, quę vllo mõ ſubuerti poteſt, atque eadem procedẽte parum, & nihil quę in contrarium iura inducta ſunt, valere intelliguntur, cum vel hac communi ſuppoſita diſtinctiõe facile corruãt, conſiderandò reſtitutionis petitionẽ duplici modo variari: vel enim ea principaliter in iudiciis deducitur, vel inci

75 denter. † Primo caſu, & ſic vbi de ea principaliter petẽda diſſeritur, ſpeciale mandatum requiri indubium eſt, per iura pro affirmatiua ſuperius inducta, quæ pro ea infragabiliter con-

76 cludunt, † quod ſi eius incidenter peti-

tio

tio efferatur, huic noſtrę negatiuę pro veritate locum dabimus per tex. præter allegata, in d. c. ſuſcitata, vbi hoc voluit gloſ. varijs titu. exornata per Couarr. in allegato c. 6. col. 2. & in ſumma ita diſtinguit totus mundus, vt patet per Panormita. Anto. de But. & coeteros Canoniſtas in citatis, & vulgatis, cap. coram, cap. auditis, & cap. ſuſcitata, & alios allegatos per Couar. quo ſupra loco, Iunior. Cur. in conſi. 190. nu. 14. verſ. non obſtat quòd reſtitutio, & per Bal. in allega. l. vnica, C. etiam per procuratores, vbi prædictorum rationes proſequitur, & pro allegata diſtin. allegare depræhenditur inde illum.

77 † Circa illud tamen ducimus aduertendum, quòd aduerſus diſtinctionē præfatam fortiter vrget tex. ſupra allegatus in cap. coram, nam conſtat ibi loqui Summum Pontificem de incidēter petita reſtitutione: & tamē, vt ſup. mandatum ſpeciale interuenit, ergo requiri illud ſiue principaliter, ſiue incidenter ea petatur, dicendum eſt.

Verum ego pro reſponſione dum huius textus verba expendiſſem non aliter viſis Docto. Commenta. dicebā, quòd ibi per Pōtificem fuerat exprę-

V ſum,

ciarum auri quinque in ſingulis vicibus, petitiones per partes porrectas, quæ eorum petitionem complectantur, non recipiant, ne fortaſſe incõſulto procuratore per principales ea peti contingat, quòd ipſum hodie parum obtinet, vnde bonum eſſet talem ordinationem in viridem obſeruationem prouocare, ergo, &c.

79 † Non tamen, vt dictum eſt ſine pęna tranſeunt, qui hæc ipſa temere obtinent beneficia: nam cum omiſſa iam recitata ſacri Conſilij ordinatione ea tam per procuratores, quam per ipſos met principales petantur, quò in eis petendis effrenetur audacia, ita pragmatica ſanctione in eos animaduersũ legitur. & propriè in allega. pragmati.
80 quotidie apud nos, † dñi in ea in hoc thema diſtinguitur, quòd aut beneficia præfata per procuratores, ſeu alios nomine alieno agentes, vel excipientes petuntur, vtputa per tutores, curatores, ſyndicos, & ſimiles, aut per principales ipſos. primo caſu ſubdiſtinguẽdum eſt, quòd aut ex generali mandato eorum deducunt petitionem, aut ex ſpeciali. primo caſu ſucceſſiuè dicendum eſt, quòd aut in obtento be-

neficio aliquas conſtruunt probationes, aut nullus: ſi conſtruunt, tunc rurſus dicendũ, quòd aut inductę ad cauſam proficere dignoſcuntur, & tunc nulla pœna tenentur, cum iure illa petijſſe comprę hẽdantur: aut inutiliter, & ad pœnam vitandam videntur inductę, & tunc ad pęnam duarum vnciarum mulctãdi occurrunt, quas nec ab eorum principalibus repetere poterunt, licet ante in caſu p̃ſato in vna tantum vncia mulctati fuerint, vt in pragmati. j. ſub tit. de dilationib. paria etenim credita ſunt, nullus probationes perficere, vel aliquas, ſed inutiles. Quare ſucceſſiuè, quid in altero membro, in quo nullæ extructæ ſupponuntur, dicendum ſit ſanè intelligis. Si vero in altero membro principali ſecundæ propoſitæ diſtinctionis ius exiges, & ſic vbi a prĩcipali ipſo ad ea petenda ſpeciale mandatum habuerunt, tunc iuxta prædicta ſuper principali ipſo, ſiue per alium, ſiue per ſe petente, ſaba cudenda eſt, a qua ſimiliter pœna, & aduocati pariter non leguntur immunes, vbi eorum conſilio ea petita ſunt, vt patet in pragmat. 31. ſub tit. de offic. ſacri Conſil. vbi duplicata

pœna

pœna puniri mandantur.
81 † Et licet prædicta de mulctandis temere beneficia petentibus pragmatica ſanctio in deſuetudinem abierit, cum malè ſucceſſiuis poſt eam temporibus obtinuerit; hodie tamen noſtri vigilantiſſimi Principis Ioannis a Zunica Proregis alia pragmatica ſanctione illuminata eſt, quam adhuc extra Ciui-
82 tate Neapolis male ſeruari uideo, † ſed parcat illis Deus, quia bonũ pro cultu Iuſtitiæ reſpuunt, & improbos vſus fouent.

Conſequenter ad idem, quia contigit interdum examinandos teſtes nõ eſſe in loco iudicij pręsẽtes, quos euocari non permittitur, vt in l. 3. §. fin. de teſtibus, & in l. ſi quis ex ſignatoribus, ff quemadmo. teſtamen. aperian. Nominationes pariter in præfatis beneficiorum terminis fiunt, quæ cum ſimiliter per calumniã fieri poſſint, &
83 ad dilatandum † mulcta in eos per calumniam nominationem facientes conſtituta eſt; vt in pragma. 1. de dila. & in dicta pragm. quotidie, & in alia Nouiſſima Noſtri vigilantiſſimi Comitis Mirandæ lata ſub die 21. Menſis Martij, 1587. quæ omnia paſſim referre

tionem, vt patet in dicta pragma. quotidie, in verſic. non excuſentur autem, dum ibi dicitur: Non excuſentur autem, ſi in beneficiis petitis ſuorũ principalium depoſitiones petierint, pro deciſione ſubiungens Legislator, cum illas etiam ſine beneficijs habere poſſint, & ſic non ea ratione, quòd non ſit facta probatio, ſed quòd illorum petitio fuerit ſuperuacua, & hæc quoad primum.

87 † Quoad ſecũdum quæri poteſt, quid iuris dicendum ſit, ſi in beneficio obtento quis ad ſupplemẽtum probationis deferri ſibi iuramentum petierit, nunquid is pragmaticę pœna coercendis ſit? & in hac quæſtione, & ſi illud attentari poſſit, videlicet, pro affirmatiua reſpondendum eſt, ex eo, quòd tale iuramentum probatio non dicatur, ac per ſe nihil concludat. Attamen cõtrarium verius legitimè poteris pro-

88 nunciare, ex eo † quòd, etſi per ſe concludens probatio nõ ſit, attamen quia habitam ſemiplenam dicitur perficere, iuxta vulgatia, merito probatio in termino prædicto extructa intelligitur, cum eo iuramẽto, quę alias inſufficiens erat, confirmetur, ad quod ſucce-

dit vulgata iuris diſpoſitio, quæ ſe ha-
89 bet, † quòd actus alias inualidus cũ cō
firmatur, recipit nomen a confirman
te, vulgata l. adoptio non iure facta, de
adoptio. quare perinde eſt, ac ſi tota il-
la probatio in beneficio facta fuerit,
ergo, &c.

Sed contra prædicta inſtari poſſet,
quod immo hoc caſu non ſumit no-
men a confirmante, & ſic ab huiuſmo
di iuramento talis ſemiplena, & man-
ca probatio. Nam, vt Baldus voluit in
conſi. 402. vol. 3. & in conſi. 279. vol. 4.
quem ſequitur Crauet. in conſi. 402.
90 † ſi ad inſtrumenti comprobationem
teſtes inducantur, dicitur per inſtru-
mentum probatio impleri, & non per
teſtes, pro ratione ſubnectens, quòd in
91 † denominatione ad illud non reſpici
tur, quòd alterius iuuãdi gratia agitur:
& ſic cum in propoſitio tale iuramen-
tum ad adiuuandam iam habitam ſe-
miplenam inducatur, nequaquam ab
eo denominatio petenda.

Quicquid tamen ſit aduerſus præ-
dicta duplici medio poteris te tueri, &
ſic prout ſupra dictum eſt, quòd ſatis
eſt ad inducendam probationem pœ-
næ excluſiuam, quòdque largo modo

pro-

probatio dici poteſt, ſtruatur, quòd in propoſito non deeſſe lucidiſſimũ eſt.
92 †Denique et ſecundo, dici poteſt verè extructam probationem, cum huiuſmodi iuramẽtum pro probatione computatum ſit, prout de hoc habes glo. ſingula. in l. generaliter, per illum tex. C. de rebus creditis, in verbo, probationes, vbi cõcordantes allegat. quare de pena, hoc modo in beneficio obtento iuranti dubitare non occurrit.
